bilitas ⁊ eutrapelia: que poteſt dici bona uer/
ſio: eſt autem veritas ut hic de ea loquimur et
ut eſt virtus non ſpeculatiua ſed ſumitur hic
veritas prout aliquis non eſt ypocrita nec iac
tator ſed eſt aptus uerbis ⁊ factis oſtendit ſe
talem qualis eſt· ¶ Affabilitas uero eſt quan/
do quis bene ſe habet circa conuerſationem vi
te ut quando non eſt adulator non eſt diſcolꝰ
ſed eſt affabilis ⁊ curialis· ¶ Eutrapelia vero
ſiue bona uerſio eſt: quando aliquis ſic ſe ha/
bet in ludis: ut non ſit hiſtrio: ꝙ de omnibus
velit ludere: nec ſit agreſtis ꝙ ꝺ nullo uelit lu
dere: ſed ſit eutrapelus ⁊ bene ſe uertens ut ſe
habeat circa ludos prout expedit: Omnes au/
tem hee tres virtutes quia non ſunt circa ali/
quid arduum: ſunt in concupiſcibili· Patet er/
go ꝙ cum quatuor potentie anime ſunt ſuſcep
tibiles virtutum de quibus loquimur duode/
cim ſunt huiuſmodi virtutes quia vna eſt in ĩ
tellectu ⁊ vna in voluntate: quatuor in iraſci/
bili ⁊ ſex in concupiſcibili· In intellectu ẽ pru/
dentia: in uoluntate iuſticia: in iraſcibili ẽ for
titudo: manſuetudo: magnanimitas: ⁊ magni
ficentia que ſic accipiuntur: quia fortitudo et
manſuetudo ſunt circa paſſiones ortas ex ma
lis: ut fortitudo eſt circa paſſiōes ortas ex ma
lis futuris: manſuetudo circa paſſiones ortas
ex malis preſentibus: Magnificentia vero et
magnanimitas ſunt circa bona ardua alr̃ ⁊ alr̃
quia magnificētia circa magna bona utilia ut
circa magnos ſumptus: Magnanimitas vero
circa magna bona honeſta: ut circa magnos
honores· In concupiſcibili autem ſunt ſex vir
tutes videlicet temperantia liberalitas hono/
ris amatiua: veritas: affabilitas: ⁊ eutrapelia:
que ſic accipiuntur: quia tres harum ut tempe
rantia liberalitas ⁊ honoris amatiua: ſumun
tur ſcd̃m bonum hominis in ſe· Alie vero tres
ſcd̃m bona hominis in ordine ad alium: ſcd̃m
ergo utraqꝫ bona ſunt tres virtutes· Nam bo/
na hominis in ſe tria ſunt: nam quedam ſunt
delectabilia: circa que eſt temperantia: quedā
utilia circa que eſt liberalitas: quedam hone/
ſta circa que eſt honoris amatiua· Sic etiam
bona in ordine ad alium tripliciter poſſunt cō
ſiderari: uel ut deſeruiunt nobis ad manifeſta
tionem ⁊ ſic eſt veritas· uel ad vitam ⁊ ſic eſt
affabilitas: uel ad ludum ⁊ ſic eſt eutrapelia:
oſtenſum eſt ergo quot ſunt huiuſmodi virtu
tes ⁊ quō diſtinguuntur·

Qꝫ bonarum diſpoſitionuʒ
quedam ſunt uirtutes que/
dam ſupra virtutes quedaʒ
ſunt ancillantes virtutibuſ
⁊ quedam preparationes ad
virtutem·

Caplm· iiii·

Iſtinximus in precedēti capitulo ꝙ
duodecim ſunt virtutes: quarum v/
na eſt in intellectu ut prudentia vna
in voluntate ut iuſticia: quatuor in iraſcibili
ut fortitudo: manſuetudo: magnificētia ⁊ mag
nanimitas· Et ſex in concupiſcibili ut tempe/
rantia liberalitas: honoris amatiua: veritas:
affabilitas: ⁊ eutrepalia quas etiam in precedē
ti capitulo enumerauimus· Ne ergo aliquis
crederet nō eſſe aliquas alias bonas diſpoſiti/
ones preter virtutes enumeratas: decreuimuſ
oſtendere ꝙ loquendo de bonis diſpoſitioni/
bus de quibus locuti ſunt philoſophi quia de
aliis ad preſens non intendimus tractatum
conſtituere; quedam ſunt uirtutes: Quedam
ſunt etiam ancillantes virtuti: Etiaʒ ſunt que

dam preparationes ad uirtutem: quedam ſu/
pra uirtutem· Large enim accipiendo uirtutē
omnes huiuſmodi bone diſpoſitioneſ uirtuteſ
appellari poſſunt: Nihilominus tamē quedaꝫ
bone diſpoſitioneſ ancillantur virtuti ut bene
conſiliari ⁊ bene iudicare de conſiliatis: ancil/
lantur prudentie qui ergo bene diſpoſitus eſt
ad hoc aptus eſt ut ſit prudens· ¶ Quedam
vero bone diſpoſitiones nō ſunt completa vir
tus ſed ſunt diſpoſitiones ad virtutem: ut per
ſeuerantia ⁊ continentia que ut de eis philoſo
phus loquitur non ſunt completa virtus: ſed
diſpoſitio ad virtutem· Nam ille perſeuerare
dicitur qui non cadit ⁊ ſi non temptetur: hoc
autem etiam ⁊ non uirtuoſi aliquando habēt
qui non paſſionati non ruunt· Continens au
tem dicitur qui paſſionatur ⁊ habet paſſiōes
fortes tamen continet ſe ⁊ non credit paſſioni
ſed rationi: non ergo continens eſt plene vir/
tuoſus: quia propter paſſiones fortes licet be
ne agat non tamen eſt ei delectabile bene age/
re· continentia ergo ⁊ perſeuerantia ſic accep/
ta quāuis ſit quedam bona diſpoſitio non ta/
men eſt virtus: ſed diſpoſitio ad virtutem·
Sunt etiam quedam bone diſpoſitiones que
ſunt ſupra virtutem: cuiuſmodi eſt virtus di/
uina: ſiue virtus heroica ⁊ ſuperiuſta de qua
determinatur ſeptimo ethicorum· nam ſicut a
liqui homines ſunt ſicut beſtie ⁊ ſunt mali ul/
tra modum hominuꝫ· Sic aliqui ſunt quaſi di
uini ⁊ ſunt boni ſupra modum: propter quod
tales ſuperuirtuoſi dici poſſunt· Huiuſmodi
autem virtutem diuinam que eſt quodāmodo
ſuper virtus: maxime habere debent reges ⁊
principes qui ut dictum eſt ſemidii eſſe debēt
¶ Quarto quedam bone diſpoſitiones ſunt
ipſe virtutes cuiuſmodi ſunt prudentia: iuſti/
cia ⁊ alia de quibus in precedenti capitulo fe/
cimus mentionem· De omnibus ergo his qua
tuor ſuo loco dicemus· Determinabim⁹ ergo
de virtutibus oſtendentes quomodo reges et
principes debent habere uirtutes· Determina
bimus etiam de amminiculantibus virtuti ⁊ de
diſpoſitionibus ad uirtutem ⁊ de hiſ que ſunt
ſupra uirtutem oſtendentes quomodo reges
⁊ principes oportet talibus eſſe ornatos· Sed
primo de ipſis uirtutibus eſt dicendum·

Quod uirtutum ſunt quedam prin
cipales quedam cardinales quedaꝫ
uero annexe·

Caplm· v·

Numerauimus ſupra duodecim vir/
tutes: ſed non omnes ille· xii· ſunt e/
qualis perfectionis: non ſunt eque
principales· Conſueuit enim apud ſanctos et
etiam apud philoſophoſ diſtingui inter uirtu
tes: quia quedam ſunt cardinales ⁊ principa/
les: quedam uero annexe· Cardinales autem
ſunt quatuor uidelicet prudentia: iuſticia: for
titudo ⁊ temperantia· Annexe autem ⁊ nō pri
cipales ſunt alie octo de quibus ſupra fecimuſ
mentionem· Has autēꝫ quatuor uirtutes eſſe
cardinales et principales triplici uia inuelti/
gare poſſumus· Prima uia ſumit̃ ex parte ma
terie circa quam uerſatur· Secunda ex pte ſub
iecti in quo exiſtunt: Tercia ex parte conditio
num que ad uirtutes requiruntur· Prima uia
ſic patet: nam omnis uirtus uel eſt circa ratio
nes: uel circa paſſiones: uel circa operationes
Cum enim contingat ratiocinari recte: ⁊ non
recte oportet dare uirtutem aliquam que ſit
recta ratio per quam de ipſis agibilibus rec/
tas rationes faciamus· ¶ Rurſus cum conti/
gat operari recte ⁊ non recte ſic eſt dare virtu
tem per quam dirigimur in ratiocinando de
agibilibus ⁊ eſt dare uirtutem per quam diri/
gimur in operando ipſa agibilia·
¶ Amplius quia contingit nos paſſionari re
cte ⁊ non recte: oportet dare uirtutes aliquas
per quas modificemur in ipſis paſſionibus·
Cum ergo paſſiones quedam impellunt nos
ſemper ad malum: ut paſſiones concupiſcibi/
les quia proni ſumus ad agenduꝫ ſemper illa·
Quedam uero retrahunt nos a bono: ut paſſi
ones iraſcibiles· circa paſſiōes oꝫ dare uirtutē
aliquā ne paſſiōes nos īpellāt ad id quod rō
vetat: ⁊ oportet dare virtutem aliam ne paſſi/
ones retrahant nos ab eo ꝙ ratio dictat· Om
nis ergo virtus uel rectificat rationes uel eq̄t
operationes: uel modificat paſſiones: ne nos
impellant ad id quod ratio vetat: uel modifi/
cat eas ne nos retrahant ab eo ꝙ ratio dictat
⁊ quia prudentia principaliter rectificat ratio
nes: Juſticia principaliter equat operationes
temperantia principaliter modificat paſſio/
nes ne nos impellant ad id quod ratio vetat:
Fortitudo principaliter modificat eas ne nos
retrahant ab eo quod ratio dictat· Jdeo ratio
ne materie circa quam verſatur hmōi virtuteſ
dicuntur hee· iiii· cardinales ⁊ principales: qꝛ
ſunt circa materiam illam circa quam princi/
paliter uerſatur humana vita· ¶ Secūda via
ad inueſtigandum has eſſe virtutes cardina/
les ⁊ principales ſumi pōt ex parte ſubiecti in
quo exiſtunt· Dictum eſt enim ſupra virtutes
de quibus loquimur eſſe in quatuor potenti
is anime: videlicet in intellectu: in voluntate:
in iraſcibili: in concupiſcibili: Cum ergo in in
tellectu pratico principalior virtus ſit pruden
tia: in uoluntate loquendo de virtutibus acq/
ſitis principalior ſit iuſtitia· Jn iraſcibili vero
principalior ſit fortitudo: Et in concupiſcibi/
li temperantia· Jdeo hee· iiii· virtutes ſcilicet
prudentia: iuſticia: fortitudo: ⁊ temperantia:
principales ⁊ cardinales eſſe dicuntur·
¶ Tercia via ſumitur ex parte conditionum
que ad quālibet virtutem requirunt̃: nam om
nis actus ſi virtuoſus eſſe debet oportet ꝙ fi/
at prudenter: iuſte: fortiter: ⁊ temperate: Jdeo
hee quatuor virtutes principales ⁊ cardinaleſ
eſſe dicuntur· Jn aliis ergo virtutibus poteſt
eſſe aliqua principalitas ſicut magnanimitas
quandam principalitatem habet ſuper virtu/
tes alias quia ſcdm philoſophum· iiii· ethicoꝝ
Magnanimitas videtur eſſe ornatus quidam
omnium aliarum virtutum· Sic etiam magni
ficentia quandam principalitatem habet pro/
pter magnitudinem ſumptuum circa quā ver
ſatur: habent ergo alie virtutes quandam pri
cipalitatem: ſed hee quatuor ſimpliciter princi
pales ⁊ cardinales eſſe dicuntur: ꝙ quomodo
ſit in proſequendo de eis ſingulariter plenius
oſtendetur· Si ergo hee quatuor ſunt pricipa/
les ⁊ cardinales reſpectu aliarum: primo d̄ his
quatuor eſt dicendum· ¶ Rurſus quia prudē/
tia eſt principalior omnibus aliis cum ſit di/
rectiua omnium aliarum: ⁊ iuſticia ſit princi/
palior q̄ꝫ fortitudo ⁊ temperantia cuꝫ iuſticia
ſit circa cōmutationes rerum ⁊ circa diſtribu/
tiones bonorum ⁊ erga que principaliter uer/
ſatur vita noſtra ⁊ quia fortitudo eſt principa
lior q̄ꝫ temperantia: cum fortitudo magis or/
dinetur ad bonum gentis ⁊ ad bonum cōmu/
ne q̄ꝫ ipſa temperātia· Jdeo hic ordo eſt tenē/
dus q̄a primo dicemus q̄d eſt prudētia ⁊ ꝙ de
cet reges ⁊ principes eē prudenteſ· Secundo d̄
terminauimus de ipſa iuſticia oſtendentes ꝙ
decet reges ⁊ principes eē iuſtos· Deinde de/
terminabimus de fortitudine ⁊ temperantia:
declarantes ꝙ contingit reges ⁊ principes eē
fortes ⁊ temperatos· Conſequenter vero trac/
tabimus de magnitudine ⁊ magnificētia ⁊ ali
is virtutibus manifeſtātes quomodo decet re
ges ⁊ principes talibus virtutibus eē pfectos·

Quomodo diuerſimode notificari
poteſt quid eſt prudētia·

Caplm· v·

Rudentia autē de qua primo tracta/
re intendimus ad diuerſa comparari
hꝫ ⁊ ꝓut ad diuerſa compatur aliā ⁊
aliam notificationē ſuſcipit: quantū enim ad
pñs ſpectat prudētiam ad· v· comparari poſſum⁹
videlicet ad virtutes morales quarū ē directi/
ua: ad virtutes intellectuales reſpectu quarū
eſt p̄ceptiua: ad materiā circa quā verſat̃: ad
ſciam ⁊ ad artē a q̄buſ diſtinguit̃· Eſt enī pru
dentia virtutū moraliū directiua: nā virtutes
morales de ſe inclināt in finē ſibi conuenietēꝫ
ut tēperantia inclinat in ſobrietatē ⁊ ī deteſta/
tionē uenereoꝝ: ſꝫ nō ſufficit inclinari in finē
debitū tēperantie: uel in finē aliarū uirtutum
moraliū niſi ſciamus quō poſſumus ꝯſequi ta
lē finē ꝙ fit ꝑ prudētiam: ꝑ uirtutes ergo mo/
rales preſtituimus nobis debitos fines· Sed
per prudentiam cum habemus dirigimur in

fine illos· Accipit aūt prudentia fines a vir
tutibus moralibus ⁊ per ea que ſunt ad finem
recte dirigit in fines illos· Quare prudētia ut
comparatur ad virtutes morales ſic diffiniri
poteſt quod eſt perfectō intellectus ſiue quod
eſt bona qualitas mentis directiua in finem
virtutum moralium· ¶ Secundo poteſt com/
parari prudentia ad virtutes intellectuales re
ſpectu quorum eſt preceptiua: prout enim ad
preſens ſpectat ſi circa agibilia bene negociari
volumus tria habere debemus· Primo debe/
mus diuerſas vias inuenire· Secundo ō inuē
tis debemus iudicare· Tercio debemus preci/
pere ut fiant opere ſcōm inuenta ⁊ iudicata:
ut ſi vellemus ſcōm opera bellica castrum ali/
quod capere: Primo inueniende eſſent vie et
cogitandi eſſent modi per quos caſtrum iſtud
capi poſſet· Secundo iudicandum eſſet de viiſ
inuentis utrum bone eſſent ad propoſitum ꝓ
ſequendum. Tertio precipiendum eſſet ut fie
rent opera ſcōm inuenta ⁊ iudicata· In īntellec
tu ergo noſtro eſſe debent tres virtutes. vna ꝑ
quam bene inueniamus ⁊ bene conſiliemur q̄ꜫ
philoſophus· vii· ethi· appellat enbuliam· i· be
ne conſiliatiua· Alia uero per quam bene iudi/
cemus de inuentis quam philoſophus appel/
lat ſineſim· i· bene iudicatiuam· Tertia ꝑ quaꝫ
precipiamus ut fiant opera ſcōm inuenta ⁊ iu
dicata: ⁊ hanc dicimus eſſe prudentiam· Pru/
dentia ergo reſpectu virtutis inuentiue ⁊ iudi
catiue dicitur eſſe preceptiua· q꞉ ꝙ ille inueni/
unt ⁊ iudicant iſta precipit ut fiat· Prudentia
ergo īmediatius dirigit in opera fienda eo ꝙ
precipiat illa fieri quā faciat virtus inuentiua
⁊ iudicatiua: cum ergo in moralibus actus et
opera dicantur eſſe potiora: Prudētia que im
mediatius ſe habet ad ea eſt potior virtute in/
uentiua ⁊ iudicatiua· Prudentia ergo reſpec/
tu virtutis inuētiue ⁊ iudicatiue que ſunt vir
tutes intellectuales ſic diffiniri poteſt quod ē
preceptiua inuentorum ⁊ iudicatorum· Unde
vi· ethicorum dicitur ꝙ ſicut enbulie eſt inue/
nire ⁊ ſineſis eſt iudicare ſic prudentie eſt p̄/
cipere· ¶ Tercio prudentia comparari poteſt
ad materiam circa quam uerſatur cuꝫ enī pru/

dentia ſit circa agibilia ⁊ agibilia ſint ſingula
ria oportet prudentiam eſſe circa particularia
applicādo vniuerſales regulas ad ſingularia
negocia: ut ſexto ethicorum declarari habet·
comparata ergo prudentia ad materiam circa
quam uerſatur ſic deſcribi poteſt ꝙ prudentia
eſt virtus ſcōm vniuerſales maximas particu
laria facta concernens huiuſmodi vniuerſales
regule ſane bone leges conſuetudines ⁊ alia ꝑ
que regulari poſſumus in agendis·
¶ Quarto comparari habet prudentia ad ip/
ſam ſcientiam a qua diſtinguitur: nam ſcien/
tia proprie eſt de rebus neceſſariis iuxta boe/
tiū primo ariſmetrice: Scientia eſt eorum que
īmutabilem ſubſtantiam ſortiuntur· Pruden
tia autem eſt actuum humanorum ⁊ rerum cō
tingentium que ſunt in poteſtate noſtra·
¶ Quinto comparari poteſt prudentia ad ar
tem a qua etiam diſtingui habet: nam ars eſt
reſpectu factibilium ⁊ non preſupponit recti/
tudinem voluntatis· Prudentia vero eſt reſpe
ctu agibilium ⁊ preſupponit rectitudinem ap
petitus: propter quod ſcribitur ſexto ethicoꝝ
ꝙ artifex voluntarie peccans eſt melior q̄ꜫ pec
cans inuoluntarie· Prudens voluntarie pec/
cans eſt peior· In operibus ergo deſeruienti/
bus arti melius eſt peccare volūtarie q̄ꜫ inuo
luntarie ſed in operibus deſeruientibus ad vi
tam circa que verſatur prudentia peius ē pec
care voluntarie q̄ꜫ inuoluntarie prudentia er/
go quia nullus poteſt eſſe prudens niſi ſit bo/
nus ⁊ habeat uoluntatem rectam non eſt ars
ſed virtus prout ergo prudentia comparatur
ad artem a qua diſtiguitur ſic diffiniri poteſt
ꝙ eſt recta ratio agibilium preſupponens rec
titudinem voluntatis· ¶ Ex omnibus ergo
his de ipſa prudentia vnam cōmuneꝫ deſcrip
tionem formare poſſumus dicendo ꝙ Prudē
tia eſt virtus intellectualis directiua virtutuꝫ
moralium preceptiua ſcōm inuenta ⁊ iudica/
ta ſcōm vniuerſales maximas· Particularia
contingentia ⁊ agibilia concernens: preſupo/
nens rectitudinem voluntatis·

## ¶ Qꝛ decet reges ⁊ principes eſſe pru/ dentes· Caplm· vij·

Iſo quid eſt prudentia: ⁊ oſtēſo ꝙ ꝑ
prudentiaꝫ recte dirigimur in bonū
finē in quē inclinant uirtutes mora
les: reſtat oſtendere ꝙ decet reges ⁊ principeſ
eſſe prudentes· ¶ Sunt aūt quantū ad p̄ſens
ſpectat tria que maxime rex attendere debet·
Primo eniꝫ ſpectat ad ipſum ſūme intendere
ut ſit rex ſcōm rei veritatem: ⁊ nō noīe tantū
Secundo ſtudere debet ne ſuus principatus ī
tirannidem ꝯuertat̃· Tercio ſtudere debet ut
naturaliter dominet̃· ¶ Triplici ergo uia in/
ueſtigare poſſumus ꝙ decet regem eſſe pru/
denteꝫ· Primo: quia ſine prudentia nō eſt rex
ſm rei veritatē: ſed noīe tm̄· Scdo: quia ſine
ea defacili vertit̃ in tyrannū· Tercio: qꝛ ſine
ipſa nō pōt naturaliter dn̄ari· Prima via ſic
patet· Nam rex eſt nomen officij ⁊ dignitatiſ
Eſt enī regis officiū ut ſuā genteꝫ regat ⁊ di
rigat in debitū finē qō ipſuꝫ nomē regis oſtē
dit· nomen enī regū a regendo ſumptum eſt·
Regere aūt alios ⁊ dirigere ipſos in finē de/
bitum fit ꝑ prudentiā· Unde dicit̃ · vi· ethi· ꝙ
illos extimamꝰ eſſe prudentes: qui ſibi ⁊ alijs
poſſunt bona ſpeculari ⁊ ꝓuidere· Prudentia
ergo eſt quidā oculus quo bonus ⁊ debitus fi
nis ꝯſpicit̃· Qui ergo hoc oculo caret nō ſuf/
ficienter uidere pōt ipſuꝫ bonū: nec ipſuꝫ de/
bitum finē: in quē eſt ppl's dirigendus· Sicut
ergo ſagitator non poſſet ſufficienter ſagita/
re ſiue ſagittam in ſignū dirigere: niſi ipſum
ſignū uideret· Sic nec rex pōt ppl'm dirigere
ſiue regere: ⁊ ip̄m in debitū finē dirigere: niſi
ipſum finē ꝑ prudentiā ſpeculet̃· Si ergo ſine
prudentia nullus pōt ſufficienter gentem vel
ppl'm regere: ⁊ ipſam dirigere in finem bonū
⁊ debitū: ſine ea nullus erit rex: ſm rei uerita
tem ⁊ ut decet· licet forte ſit rex appellatiōe et
noīe· Videt̃ enī ꝙ vir ſine prudentia poſitus
in dignitate regia ſit denarius eneus uel plū
beus: poſitus in cōputo mercatoꝝ· Mercato
res eniꝫ cū ratiocinando cōputant: aliqn̄ unū
denariū eneū uel plumbeū ponunt loco mille
librarū: qō ergo n̄ ualet vnū ouū: repreſentat

valorē magis p̄cij· Denariꝰ ergo ille magis ē
ſignum valoris q̄ꜫ ualeat· Sic ſi vir prudētia
careat: ⁊ regia dignitate fungat̃: cuꝫ ipſe par
ui ualoris ſit eſt loco magni precij· Magis er
go eſt ſignū regis: q̄ꜫ ſit rex· Ut igitur ſit rex
non ſolū noīe ſed re: decet ipſū hr̄e prudētiaꝫ
¶ Scdo hoc decet eū: ne defacili in tyrannuꝫ
conuertat̃· Dictū enim eſt ꝙ ꝑ prudentiā di/
rigimur in bonū finem: in quē inclinant uir
tutes morales· Eſt enī prudentis ꝓuidere bo
na ſibi ⁊ alijs: ⁊ dirigere ſe ⁊ alios in optimū
finem· Si ergo aliquis prudentia careat per
quā dirigimur in optima bona: ſm veritateꝫ
defacili efficiet̃ tyrannus: quia diuitias ⁊ bo
na exteriora: que ſunt bona optima ſecunduꝫ
apparentiam: credet eſſe optima ſimpliciter·
Immo qꝛ imprudentes nō cognoſcūt niſi ſen
ſibilia bona cuiuſmōi ſunt diuitie ⁊ bona exte
riora· Rex prudentia carens: qꝛ nō cognoſcet:
non reputabit niſi ſenſibilia bona: ⁊ dimiſſis
virtutibus totū ſtudiū ſuum ponet ut affluat
diuitijs ⁊ ſenſibilibꝰ bonis· Efficiet̃ ergo de/
predator ppl'i: dn̄abitur tyrannice: nō curabit
qualitercūqꜫ poſſit pecuniā extorq̄re· ¶ Ter/
cio decet reges ⁊ principes hr̄e prudentiaꝫ: qꝛ
ſine ea nō poſſunt naturaliter dn̄ari· Nam ut
declarari habet primo politicoꝝ· Ex hoc ē ali
quis natural'r ſuus: qꝛ deficit intellectu ⁊ neſ
cit ſeip̄m regere· Ex hoc aūt natural'r eſt dn̄s
quia viget intellectu ⁊ prudentia: ⁊ nouit ſe ⁊
alios in debitū finem dirigere· Hanc enī ve/
ritatem non ſolū approbant ph'ica dicta: ſꝫ eti
am ꝯfirmant ſingula regimina naturalia· Vi
demus enī natural'r hoīes dn̄ari beſtijs· Vi/
ros feminis· Senes pueris· Homines natura
liter dn̄ant̃ beſtijs: quia hominū genuſ viget
prudentia· Beſtie enī prudentia ⁊ arte paruꝫ
ꝑticipāt· Sic etiā viri dn̄ant̃ feminis: qꝛ ut
declarari habꝫ primo pol'· femia hꝫ cōſiliū in/
ualidum· Cōmuniter enī femine deficiūt a vi
roꝝ prudentia: ꝙ ſi reperiant̃ mulieres alique
prudentiores viris: hoc eſt ut raro: ⁊ in pauci
oribus ut plurimū· Ergo femina uiro natura
liter debet eſſe ſubiecta: eo ꝙ naturaliter defi
ciat a viri prudentia· Hoc etiam mō iuuenes
naturaliter decet antiquioribꝰ eſſe ſubiectos

quia inexperti agibilium non ſic habundant prudentia ſicut illi. Ubicūq; igitur hoc naturaliter ſeruit: ⁊ illud naturaliter dñat᷑: ſemp̄ principans pollet prudentia: a qua deficit q̄ naturaliter ſeruus exiſtit. Ut igitur rex naturaliter dominet᷑: oportet ꝙ polleat prudentia ⁊ intellectu.

## Quot ⁊ que oporteat hēre regem ſi debeat eſſe prudens. Capl'm. viii.

Uoniam nunq̄ perfecte habet᷑ aliquod totum niſi habeant᷑ ptes eius Si debeat aliquis eſſe pfecte prudēs oportet ipſum hēre omnia que concurrunt ad prudentiā: ⁊ omnes ptes eius. Conſueuerunt autem aſſignari octo partes prudentie. Uidelicet: memoria: ꝓuidētia: intellectus: ratio: ſolercia: docilitas: expientia: ⁊ cautio. Quare ſi rex aut princeps debeat eſſe prudens: oportet ipſum eſſe memorem: prouidum: intelligentē rationabilem: ſolertem: docilē: expertū: ⁊ cautum. Hec autem octo que dicunt᷑ eſſe partes prudentie ſic accipi poſſunt. Nam ut patet ex habitis: ex hoc aliquis dicit᷑ eſſe prudens: q̄a eſt ſufficiens dirigere ſe ⁊ alios in aliq̄ bona: ſiue in aliquos bonos fines. Quatuor ergo ē ibi cōſiderare. Uidelicet bona ad que dirigit Modū p quem dirigit: pſonā dirigentē ⁊ gentē quā dirigit. Ratione bonoꝝ ad que dirigit oportet regem eſſe memorē ⁊ ꝓuidum. ꝓpter modum ſcdm̄ quem dirigit: oportet ipſū eſſe intelligentem ⁊ rationabilem. Ratione ꝓprie pſone que alios eſt dirigens oportet ꝙ ſit ſolers ⁊ docilis. Ratione uero gentis quam dirigit congruit ꝙ ſit exptus ⁊ cautus Si enī rex debet gentem aliquā ad bonū dirigere: oportet ꝙ habeat memoriā p̄teritoꝝ ⁊ ꝓuidentiā futuroꝝ. Debet enim hēre preteritoꝝ memoriam: non ꝙ poſſit preterita immutare: quia nulli agenti hoc eſt poſſibile: ſed decet regem hēre preteritoꝝ memoriam: ut poſſit ex p̄teritis cognoſcere q̄d euenire debeat in futurum Nā ut ſcribit᷑ ſcdo rethoricoꝝ. in ꝯtingentib⁹ agibilibus utplurimū futura ſunt p̄teritis ſimilia. ¶ Secundo decet ipſum hēre ꝓuidentiā futuroꝝ: quia homines ꝓuidentes futura bona cogitant uias p quas faciliter illa adipiſci valeant. Ergo ratio bonoꝝ ad que rex gentē ſuā dirigere debet expedit ut habeat ꝓuidentiam futuroꝝ: ut facilius illa futura bona adipiſci valeat: ⁊ ut habeat memoriā preteritoꝝ. ut ex actis p̄teritis ſciat q̄d agere debeat ī futurū. ¶ Ratione vero modi p quem dirigit oportet qđ habeat intellectū ⁊ ratiōē: ſiue oportet ꝙ ſit intelligēs ⁊ rational'. Modus enī quo rex ſuū ppl'm dirigit: oportet ꝙ ſit humanus. q̄a rex ipſe homo eſt. Homo eniꝫ intelligit ratiocinando ⁊ diſcurrendo. accipit enī aliq̄ principia ⁊ aliquas p̄miſſas: ex quibus elicit intētas ꝯcluſiones. ⁊ hoc taꝫ in ſpeculabilibus: q̄ꝫ in agibilibus. Nam ſicut fiunt rōnes ut demonſtret᷑ q̄d ſit uerū cognoſcendū. ſic fiūt rationes ut pſuadeat᷑ quid ſit bonū ꝓſequendū Ratione igit᷑ hui⁹ modi cognoſcendi qui ē inditus hoīb⁹: volens alios dirigere oportet ꝙ ſit intelligens cognoſcendo principia ⁊ p̄miſſas. et rationalis rōtinando ⁊ eliciendo ex illis p̄miſſis cōcluſiones intentas. Uel oportꝫ ꝙ ſit intelligens: ſciendo leges cōſuetudines bonas: ⁊ alia que poſſunt eſſe pricipia ⁊ regule agendoꝝ. Oportet autē ꝙ ſit rōnalis ſpeculando ex illis regulis q̄d agere ꝯgruit. Sicut ergo rōne bonoꝝ ad que dirigit oportet regē eſſe memorē ⁊ ꝓuidū: ſic ratione modi p quē dirigit oportet ip̄m eſſe intelligentē ⁊ rationalē. ¶ Sed rōne ꝓprie pſone que eſt alioſ dirigens oportet ꝙ ſit ſolers ⁊ docilis. Nam q̄ in tanto culmine eſt poſitus: ut tantā gētē reget habeat: oportet ꝙ ſit induſtris ⁊ ſolers ut ſciat ex ſe inuenire bona gentis ſibi cōmiſſe. Uerū q̄a nullus homo ſufficit ad excogitandum omīa que p̄nt eſſe vtilia toti regno: Cū hoc ꝙ regem expedit eſſe ſolertē ex ſe: que bona ſunt regno utilia excogitando: oportet ip̄m eſſe docilē alioꝝ ꝯſilijs acquieſcēdo. Poſſumus enī dicere de rege qđ dicit᷑ de magnanimo. iiij. ethi. Qđ non decet ipſuꝫ fugere cōmouentē. Non enim decet regem in omnibus ſequi caput ſuū: nec inniti ſemp ſolertie ꝓprie Sed oportet ipſum eſſe docilē: ut ſit habilis ad capeſcendam doctrinā alioꝝ acquieſcendo doctrinis ⁊ conſiliis baronū: ſenioꝝ: ſapientū: ⁊ diligentiū regnū: patet ergo ꝙ ratione ꝓprie pſone que eſt alios dirigens oportet regem eē ſolerteꝫ ⁊ docilē. Sed rōne gentis quā dirigit oportet ipſum eſſe exptum ⁊ cautū Expientia enim eſt reꝝ particulariū. ꝓut igit᷑ ſunt alia ⁊ alia pticularia. ⁊ ꝓut aliquis negociat᷑ circa aliam ⁊ aliā gentē: ſunt alia ⁊ alia exquirēda. oportet igit᷑ principem reſpectu gentis cui p̄eſt eſſe expertū cognoſcendo pticulares conditiones gentis ſibi cōmiſſe: ut poſſit eaꝫ meli⁹ in debitū finē dirigere. ¶ Ultimo opꝫ ip̄m eſſe cautū. nam ſicut in ſpeculabilibus falſa aliquando admiſcentur veris ꝓpter qđ credūtur vera que non ſunt vera. ſed apparent vera. Sic in agibilibus mala multotiens admiſcent᷑ bonis ꝓpter qđ credunt᷑ bona: ſꝫ nō ſūt bona. ſꝫ apparent bona. Oportet igit᷑ regem eſſe cautū reſpuendo apparēter bōa ⁊ eligendo bōa ſimplr̄: ad que debet dirigere gentem ſibi commiſſam.

## Quomodo reges ⁊ principes poſſunt ſeipſos prudentes facere. Capl'm. x.

Nima in ſedendo ⁊ q̄eſcendo fit prudens: ut uult philoſophus. vij. phiſicoꝝ. Reges ergo ⁊ principes ſi deſiderant eſſe prudentes nō debent vanitatib⁹ intendere: ſꝫ maiorē partem vite ſue debēt expendere in cogitando que p̄nt eſſe regno ꝓficua: qđ nō ſic intelligendum eſt vt nullas recreationes corpales hēre debeāt. ſed debent eiſ adeo moderate uti: ut nō impediant᷑ in regimine regni ſui. Seipſos ergo poterūt prudentes facere ut naturaliter regnū regant. cogitādo primo tempa retroacta: ſub q̄bus temporibus regnū melius regebat᷑: ꝓpter qđ habeāt memoriam p̄teritoꝝ ex quib⁹ ſcire poterūt q̄d agendū ſit in futuꝝ. Nam ſemp debet ſuū regimen ꝯformare regimini retroacto. ſub quo regnum tutius ⁊ melius regebat᷑. Nam ſic in ſpeculādo ⁊ cogitando que antiq̄ philoſophi ꝯſcripſerunt: ſumus ſapientiores in ſpeculabilibus. ſic reges ⁊ principes cogitando acta ſuorū p̄deceſſoꝝ fiunt magis prudentes ī agibilibus. ¶ Secundo debent diligenter intueri futura bōa que poſſunt eſſe ꝓficua regno: ⁊ mala que p̄nt eſſe nociua. Nam ex hoc habebunt ꝓuidentiā futuroꝝ ut poſſint mala expediti⁹ vitare: ⁊ bona facili⁹ adipiſci. ¶ Tercio debēt ſepe recogitare bonas ꝯſuetudines ⁊ bonas leges. nam talia ſunt maxime principia agibilium: intellectus enī principioꝝ eſt. Tanto ergo rex magis intelligens eſt circa agibilia: quāto plures bonas leges ⁊ bonas cōſuetudines in mente hꝫ: ex quibus ſcire pōt: quid in quolibꝫ negocio ſit agendū. ¶ Quarto ſepe ſepius excogitare debꝫ quō p hmōi bonas leges ⁊ ꝯſuetudines debite regnuꝫ regat eligendo ex eis debitas concluſiones agibiliū Non enim ſufficit eſſe intelligentem habēdo cogitationē legū ⁊ ꝯſuetudinum que ſunt principia agibiliū: niſi quis ſit rationalis ex illis legibus ⁊ conſuetudinibus debitas concluſiones agibiliū eligendo qđ quō fieri debeat ī tercio libro. vbi aget᷑ de regimine regni pleni⁹ oſtendemus. ¶ Reges igit᷑ dando operaꝫ illis octo que ad prudentiā requirunt᷑ de q̄b⁹ in p̄cedenti capl'o fecimus mentionē: poterūt ſeipſos prudentes facere. vex q̄a malicia ē corruptiua principij. ſicut enim q̄s habens corruptū guſtū male iudicat de ſaporibus: credit enī aliq̄d eſſe dulce qđ eſt amaꝝ ⁊ ecōuerſo. ſic habens infectā ⁊ deprauataꝫ voluntatē excecat᷑ in intellectu ut male iudicet de agibilibus. Judicat enim eſſe agendū qđ eſt fugiendum ⁊ ecōuerſo. Bene igitur dictū eſt qđ ſcribit᷑. vi. ethi. qđ impoſſibile eſt prudentē eſſe non entem bonū. Deprauat eniꝫ malicia iudiciū ut aliquis imprudenter agat ꝓpter maliciam deprauantē voluntateꝫ. Quare ſi reges ⁊ principes volūt eſſe prudentes: cū hoc ꝙ debent eſſe memores: ꝓuidi: ſolertes: ⁊ dociles: ⁊ alia que ſuperius diximus. Oportet ip̄os eſſe bonos: ⁊ nō hēre voluntatē deprauatam: ne ꝓpter maliciā appetitus imprudenter agant ⁊ iudicent eſſe agenda que ſunt fugienda.

## Quot ſunt modi iuſticie ⁊ circa que iuſticia habet eſſe ⁊ quō ab alijs virtutib⁹ eſt diſtincta. Capitulum. xi.

Hiloſophus ī quinto ethi. diſtinguit du

plicē iuſticiā legalem ⁊ eq̄lē. Legalis enim
iuſticia eſt quid generale: ⁊ quodāmodo oīs
virtus. Juſticia uero equalis eſt qd ſpeciale ⁊
eſt quedā particularis uirtus. Nā ex hoc ē qꝛ
iuſtus legalis: qꝛ adimplet p̄cepta legiſ. Sed
ut dicit̄ primo magnoꝝ moraliū. lex p̄cipit ac
tus oīm uirtutū. Precipit enī lex opari fortia
⁊ tempata: ⁊ vniuerſaliter oīa que dicunt̄ ſm
virtutes. vñ ibidē dicit̄ ꝙ iuſticia legalis ē ꝑ/
fecta virtus. Sic etiā. v. ethicoꝝ ſcribit̄: ꝙ lex
p̄cipit nō derelinquere aciē. neqꝫ fugere. neqꝫ
abijcere arma: qđ ſpectat ad fortitudinē. ⁊ p̄ci
pit non mechari: qđ ꝑtinet ad tempantiā. ⁊ ñ
pcutere. neqꝫ ꝯtendere que ſunt opa māſuetu
dinis. Lex igit̄ vniuerſalr̄ iubet omnē virtu/
tem implere ⁊ maliciam fugere. quare iuſticia
legalis. i. īpletio legis eſt quodāmode oīs uir
tus. Juſticia āt equalis eſt quedā virtus ſpe/
cialis ꝑ quā reddit̄ cuilibꝫ ꝙ eſt equū. i. qđ ſi/
bi debet̄. ¶ Differentia aūt haꝝ iuſticiaꝝ ſic
pōt accipi. Nā ut ſcribit̄. v. ethi. Juſticia ē in
ordine ad alteꝝ: ꝓut igit̄ ciues hñt ordinē ad
ſe inuicem: ⁊ ad rem publicā: ⁊ ad legiſlatorē
ſeu ad ipſum regē. habet eſſe in eis iuſticia le
galis ⁊ equalis. Nam in ipſis ciuibꝰ ex eo qđ
hñt hmōi ordinē uel querit̄ bonū cōe uel bo
nū ſpecilae ⁊ ꝓpriū. Si querit̄ cōe bonū ſic ē
in eis iuſticia legalis. Si aūt querit̄ in ipſis
aliquod bonū priuatū erit ī eis iuſticia equalꝭ
Bonū enī cōe reſultat ex omni bono ciuiū. reſ
enī publica ⁊ tota ciuitas melior eſt qualiter/
cūqꝫ ciues bōi ſint. Siue enī ciues ſūt boni ī
ſe: ſiue in ordine ad alioſ. ſemꝑ ciuitas melior
eſt: que ex melioribꝰ ciuibꝰ ꝯſtat: ⁊ quāto plu
ribus modis ſunt boni ciues tanto magis eſt
bona ciuitas. ¶ Leges igit̄ qꝛ intendūt cōe
bonū p̄cipiūt omnē modū bonitatis. Eſſe igi
tur iuſtū ſm legē ⁊ implere legalem iuſticiaꝫ
eſt ſequi omne bonū ⁊ fugere omne viciū: et
hr̄e quodāmodo omnē virtutem. ꝓpter qđ le/
galis iuſticia dicta eſt quodāmodo oīs ꝟtus
qꝛ exercet opa oīm virtutū. Non ē āt ſimplr̄
legalis iuſticia oīs virtꝰ. qꝛ ē virtꝰ diſtincta
a qualibet ꝟtute. Sed dr̄ eſſe quodāmodo oiſ
virtus: qꝛ nō determinat ſibi ſpecialē iuſticiā
Differt aūt hmōi iuſticia a qualibꝫ virtute ī

duobus. nam licet eadeꝫ opa agat iuſtus lega
lis que agit fortis ⁊ tempatus: nō tñ aget ea
ſm eandem intentōꝫ uel ſm eandem rōꝫ for/
malem. Nam q agit opa fortia: qꝛ delectatur
in talibus fortis eſt. ⁊ agens tempata qꝛ dele
ctat̄ in ipſis tempatus eſt. Sed agens talia ñ
quia delectat̄ in eis. ſed quia ea lex precipit ⁊
vult implere legem iuſtus legalis eſt. Juſtus
ergo legalis ꝑ ſe ⁊ ſm ꝙ huiꝰ delectat̄ in im/
pletione legis. Si aūt delectat̄ in operibꝰ ſin
gularū virtutū: hoc eſt ex cōſequenti ꝓut oīa
talia opera ſunt a lege p̄cepta. fortis aūt ⁊ tē/
peratus uel ꝑfectꝰ ſm ꝟtutes alias ꝑ ſe ⁊ pri/
mo delectat̄ in opibus cōuenientibꝰ ꝟtutibus
quibus ornat̄. Si aūt delectat̄ in impletione
legis. hoc eſt ꝯſequenti ꝓut uidelicet agendo
talia opa legē implet ¶ Ex iſta āt dr̄a ſequit̄
ſcđa. nam cū fortis ⁊ tempatus delectet̄ in o/
peribus taliū virtutū. ſm ſe virtutes ille ꝑfici
unt habentē eas ⁊ ut eſt aliquis ſm ſe Sed iu
ſtus legalis: quia delectat̄ in opibus illis ꝓut
implet legem iuſticia legalis non ꝑficit hoīeꝫ
ſm ſe. ſ perficit ipſū ut habet ordinē ad leges
Leges aūt tradunt̄ ab ipſo principe: ⁊ ſūt tra
dite ipſis ciuitatibus ſubditis ipſo principis
cuius ē leges facere Perfici ergo in ordine ad
leges. eſt perfici in ordine ad principē cuiꝰ eſt
legem ferre uel in ordine ad totā ciuitatē cui
lex imponit̄ Juſticia ergo legalis licꝫ faciat il
la eadē opera. que facit temperantia ⁊ fortitu
do. perficit tñ ipſū habentē in ordine ad aliū
ut in ordine ad principē. uel in ordine ad ciui
tatē. nō obſtante ꝙ temperantia ⁊ fortitudo ⁊
alie uirtutes hmōi perficiunt habentē ſm ſe.
Patet ergo quō iuſticia legalis ē quodāmodo
oīs virtus. ⁊ qđ non determinat ſibi ſpecialē
iuſticiā. ſꝫ agit opera ſpecialiū virtutū. Juſti/
cia uero eq̄lis non eſt oīs ꝟtus. nec agit opa
ſingularū virtutū. Juſticia vero equalis non
eſt oīs uirtus. nec agit opera ſingularū ꝟtu/
tum ſꝫ determinat ſibi ſpecialē iuſticiā eo ꝙ ī
ea intendit̄ ſpeciale bonū. Nam licet qualiter
cūqꝫ ciuis bonus ſit. ex hoc reſultet cōe bonū
⁊ ſit inde melior ciuitas. Et q̄litercūqꝫ malus
ſit: inde peior ciuitas. Nō tñ ex quacūqꝫ boni
tate vnius ciuis per ſe. ⁊ ſm ꝙ hic reſultat bo

nitas alterius ciuiſ. nec quecūqꝫ prauitas vni
us ciuis ꝑ ſe loquendo infert malū alteri ciui
Sed ſi in bonis exterioribꝰ aliquis malus ſit
ut ꝙ vult hr̄e plus de his q̄ꝫ eū deceat: ex hoc
infertur nocumentum alijs ciuibus. quia ſi
ille hꝫ inde plus: alij hñt tñ minus. Juſticia
ergo ſpecialis per quā uitat̄ malū aliquod
ſpāle. ꝓut ex malicia vniuſ ciuis infert̄ nocu
mentū alteri: determinat ſibi ſpāleꝫ materiā
⁊ hꝫ eſſe circa hec bona exteriora: in q̄bus ci
ues cōicant. ¶ Dicta ē igit̄ hec iuſtitia eq̄lis
qꝛ potiſſime intēdit̄ equalitati: ut ꝙ vnuſq̄ſqꝫ
in hmōi exterioribus bonis hēat qđ equū ē.
Jnde ē ergo ꝙ hec iuſtitia dr̄ vnicuiqꝫ ius ſu
um tribuere. qꝛ ius in quadā eq̄litate cōſiſtit
Hec aūt vnicuiqꝫ tribuit qđ equū eſt. Sic eti
am dr̄ vnicuiqꝫ tribuere qđ ſuū eſt: qꝛ equuꝫ
eſt quēlibet poſſider̄ ſua. Si igit̄ hec iuſtitia
ſpālis eq̄lis dr̄ et eq̄litati intēdit: cū bona ex
teriora duplr̄: ciues īeq̄liter ꝑticipare poſſint
dux erit hmōi ꝑticularis iuſtitia. Accidit aūt
aliquos ꝑticipare bona inequalr̄ in ꝯmutati
onibus. ut in emptōibus: venditōibus: muta
tionibꝰ: ⁊ locatōibus. Cōtingit enī in vendē
do: emēdo: locādo: mutuādo: dare paꝝ et acci
pere multū. uel etiam econuerſo: quod ſine
inequalitate eſſe non pōt. Rurſus cōtingit
ineqaulitas in diſtributōibꝰ: qꝛ aliq̄n aliqui
plus laborātes pro republica minuſ accipiūt
ꝑmo hec iuſtitia quodāmō deprauata eſt: ut
plr̄imū enī hoīes acceptatores ſunt ꝑſonarū:
diſtribuētes honores indignis: et repellētes
dignos. Erit igr̄ dux ſpālis iuſtitia cōmuta/
tiua ⁊ diſtributiua. Omis enī iuſtitia ſiue ſit
legalis: ſeu ꝯmutatiua: ſeu diſtributiua ſemꝑ
ꝑficit habētē in ordine ad aliū. Magis tñ iu/
ſtitia cōmutatiua: ⁊ diſtributiua ꝑficit hñteꝫ in
ordine ad aliū q̄ꝫ legalis. Sꝫ de hoc forte ali/
bi erit locus. ¶ Ad p̄ns aūt in tantū dictū ſit
ꝙ declarata ſunt illa tria: que in ꝑ̄icipio ca/
pli ꝓponebant̄. Oſtenſuꝫ ē enī quot ſunt mo
di iuſtitie: qꝛ quedā eſt iuſtitia gn̄alis: q̄dam
dr̄ legalis: et quedā ſpālis: quedā dr̄ eq̄lis. ⁊
hoc duplr̄. Quia quedā diſtributiua: quedaꝫ
cōmutatiua. Rurſus declaratū eſt: circa q̄ ha
bet eſſe iuſtitia: qꝛ iuſtitia Legalis hꝫ eſſe cir

ca totā materiā moralē: ⁊ circa oīa opa uirtu
tū: nō ſm ſe accepta: ſed ꝓut per ea eſt imple
tio legis. ¶ Tertio oſtenſum eſt: quō differt
iuſtitia a ꝟtutibꝰ alijs. qꝛ ꝟtutes alie: magis
ꝑficiunt hoīeꝫ in ſe. Juſtitia ꝟo ſiue ſit lega/
lis: ſiue diſtributiua: ſiue cōmutatiua: ꝑficit
hoiem in ordine ad alium.

## Quod abſqꝫ iuſtitia nequeunt regna ſubſiſtere. Capłm. xj.

Dicebat̄ in p̄cedēti caplo duas eſſe
iuſtitias. Unā gn̄aleꝫ: ⁊ aliā ſpālē
Ad hoc aūt ut regna ſubſiſtant et
pacifice maneāt: vtraqꝫ iuſtitia eſt nccīa. Quod
quidē abſqꝫ iuſtitia gn̄ali regna durare non
poſſint: duplici via inueſtigare poſſumꝰ. Pri
ma p̄ſumit̄ ex ꝑte ipſius iuſtitie generalꝭ. Se/
cunda ex ꝑte regni: in quo debet talis iuſtitia
obſeruari. ¶ Prima via ſic ꝑꝫ. nam ut in pre
cedenti caplo dicebat̄. Legalis iuſtitia ē quo
dāmō omis ꝟtus. Habere enī hmōi iuſtitiaꝫ
eſt implere legē. Si ergo lex iubet oīe bonuꝫ
⁊ ꝓhibet omne malū. Jmplere legē eſt eſſe ꝑ/
fecte ꝟtuoſum. Jdeo p̄io magnoꝝ moralium
caplo de iuſtitia dr̄: ꝙ legalis iuſtitia eſt ꝑfe/
cta ꝟtus. ergo ꝑ locū ab oppōitis: legalis iu
ſtitia: eſt integra ⁊ ꝑfecta malicia. Jn nullo er
go obſeruare legeſ: ⁊ ciues nō ꝑticipare in ali
quo legalē iuſtitiā: eſt eos eſſe integre ⁊ per
fecte malos. Sꝫ ut dr̄. iiij. Ethi. caplo de mā
ſuetudine. Malū ſe ipm deſtruit: ⁊ ſi integrū
ſit: importabile fit. Jmportabile igr̄ eſſet illō
regnū ⁊ durare nō poſſet illa ciuitas: cuiꝰ ci/
ues integre eſſent mali: ⁊ in nullo vellent im
plere legē. nec vellēt in aliquo ꝑticipare lega/
lem iuſtitiā. Ex ꝑte igr̄ ipſius legalis iuſtitie
que eſt ꝑfecta ꝟtus. cuiꝰ oppoſitū eſt ꝑfecta
malicia. ꝓbari pōt ꝙ abſqꝫ legali iuſtitia nō
valent regna ſubſiſtere. ¶ Secūda via ad in
ueſtigandū: hoc idē ſumit̄ ex ꝑte ipſius regni
Regnū enī ⁊ oīs politicia eſt quidā ordo: ⁊ q
dam p̄icipatꝰ. Cū igit̄ ordo ⁊ p̄icipatus ſit
ipſoꝝ ſubditoꝝ ꝑ reſpectū ad leges: ⁊ ad prin
cipē: cuiꝰ eſt leges ferre: ut declarari hꝫ in po
liticis. Si ciues nō ꝑticiparēt legalē iuſtitiaꝫ

nõ reſeruaret̃ ĩ eis ordo:nec ad leges:nec ad
principẽ·Nõ ergo vlterius reſeruaret̃ in eis
policia:nec eſſet vlterius regnum· Facile eſt
ergo oſtendere: ꝙ abſq; legali iuſtitia regna
durare nõ poſſunt· Sʒ ꝙ abſq; iuſtitia ſpāli
que diuiditur in iuſtitiaʒ cõmutatiuam: ⁊ di
ſtributiuam:nõ ſubſiſtat regnum ſic declara
ri poteſt·Quodlibet enim regnum:et queli/
bet congregatio aſſimulat̃ cuidam corpi na/
turali·Sicut enĩ videmus corpus aĩalis con/
ſtare ex diuerſis mẽbris cõnexis et ordinatis
ad ſe inuicem·Sic quodlibet regnũ:⁊ quelibʒ
congregatio conſtat ex diuerſis pſonis cõnex
is:et ordinatis ad vnũ aliquid· vt ergo liceat
figuraliter loqui in mente:in mẽbris eiuſdeʒ
corporis eſt quodãmodo duplex iuſtitia:com
mutatiua:⁊ diſtributiua· Juſtitia enĩ proprie
ſumpta:nõ eſt niſi ad alterã:⁊ nõ eſt:niſi di/
uerſarũ perſonaꝝ·Methaphorice tñ ⁊ ꝑ quã
dã ſimilitudinẽ eſt iuſtitia eiuſdẽ ad ſe ipſum
⁊ in mẽbris eiuſdẽ corporis poſſumus aliquo
modo contẽplari iuſtitiam·Unius enĩ et eiuſ
dẽ corpis mẽbra habent ordinẽ ad ſe inuicem
et ordinant̃ ad vnũ aliqd:ut ad cor a quo re/
cipiũt motũ et vitalẽ influentiã·vt ergo mem
bra habẽt ordinẽ ad ſe inuicẽ:eſt in eis quodã
modo iuſtitia ꝯmutatiua· Sʒ ut ordinant̃ ad
cor:aliquo modo reſeruat̃ in ipſis iuſtitia di
ſtributiua·Ex hoc enĩ eſt inter aliquos cõmu
tatiua iuſtitia:quia vnus habũdat in uno:in
quo alter deficit·et deficit in alio in quo ille
habũdat·Jdeo ut quilibet ſue indigẽtie ꝓui/
deret:inuẽta fuit cõmutatiua iuſtitia·Cõtin
git enĩ aliquẽ habũdare in pecunia:in qua al
ter deficit·et deficere in frumento:in quo ille
habũdat·Per cõmutatiuã ergo iuſtitiã hmõi
ſuphabundãtia et defectus reducit̃ ad eq̃lita
tem:qr vnus dat pecuniã qua habũdat: et re
cipit frumẽtũ quo indiget·Alter ỽo tribuit
frumentũ quo affluebat:⁊ ſuſcipit pecuniam
qua caret·Eſt igit̃ cõmutatiua iuſtitia: ꝓut
vnus ordinat bona ſua in vtilitatẽ alteri⁹·et
ecõuerſo·Hũc aũt modũ repimus in mẽbris
eiuſdẽ corpis·Oculus enĩ pollet acumine vi
ſus·deficit tñ a potẽtia greſſiua:qr nõ poteſt
pergere·Pes aũt habundat ingreſſiua poten
tia·deficit tñ in viſione:qr nihil videt·Oculus
igit̃ ſm viſioneʒ in qua habũdat ſubuenit in
digentie pedis:qr dirigit ipſum·Pes aũt per
potentiã greſſiuam qua pollet:ſubuenit indi
gentie oculi:qr portat euʒ· Niſi igit̃ membra
ſic ſue indigentie ſubuenirent·ut niſi manuſ
purgaret oculũ:et oculus dirigeret manuʒ·et
niſi pedes portarẽt caput:et caput dirigeret
pedes:corpus naturale nõ poſſet ſubſiſtere·
Sic qr nullus homo ſufficit ſibi ad viuenduʒ
niſi ciues per cõmutatiuã iuſtitiam ſibi inui
cem ſubuenirent·ut ꝙ vnus cõicaret alteri:il
lud in quo ſuphabundat:et acciperet illud in
quo deficit:ciuitas durare nõ poſſet·Si ergo
in mẽbris eiuſdem corpis ꝓut habent ordinẽ
ad ſe inuiceʒ:et ſibi inuicẽ ſue indigentie ſub
ueniunt:eſt in eis quedã cõmutatiua iuſtitia
ſine qua corpus naturale durare non poſſet·
Sic ꝓprie ciues eiuſdẽ ciuitatis uel regni ha
bent ordinẽ ad ſe inuicem:et ſibi inuicẽ ſcdm
quandã cõmutationẽ ſuis indigentijs ſatiſ/
faciunt·eſt in eis cõmutatiua iuſtitia: ſine q̃
ciuitas uel regnum nõ poſſet ſubſiſtere·
¶Secundo in mẽbris eſt quedã diſtributiua
iuſtitia ꝓut habent ordinẽ ad ipm cor· Nam
cor ſingulis mẽbris ſm ſuam ꝓportionem et
dignitatẽ influit eis ſpũm vitalẽ:et motũ·ita
ꝙ principiũ vite ⁊ principiũ mouẽdi eſt ĩ cor
de·Sicut forte ꝑncipiũ ſentiẽdi eſt in cerebro
Sic et in ciuibus eſt diſtributiua iuſtitia: ꝓ
ut ordinant̃ ad vnũ aliqd:ut ad regem uł ad
ducem:qui ſm eoꝝ virtutẽ et dignitatẽ debʒ
eis honores:et bona tribuere· Sicut ergo cor
pus naturale nõ ſubſiſteret:niſi in eo reſerua
ret̃ quedã diſtributiua iuſtitia· ut ꝙ cor mẽ/
bris debite influeret·Sic regnuʒ uel ciuitas
nõ poteſt ſubſiſtere:niſi reſeruet̃ in ea diſtri
butiua iuſtitia·ut ꝙ rex ſiue princeps debite
honores et bona diſtribuat· ¶Eſt aũt diligẽ
ter notandũ ꝙ ſicut nõ quelibet inequalitas
tollit vitã corpus naturaliſ:tñ quelibʒ inequa
litas egrotat ⁊ infirmat ipm·Sic nõ quelibet
iniuſtitia corrũpit totaliter regnũ et polliciã
Tñ per quãlibet iniuſtitiã regnũ et pollicia
infirmat̃ ⁊ diſponit̃ ad corruptionẽ·Pʒ igit̃
ꝙ ꝓut ciues hñt ordinẽ ad ſe inuicẽ eſt in eis
iuſtitia cõmutatiua·Prout ỽo habent ordinẽ
ad regẽ uel ad principẽ reſeruat̃ in eis iuſti/
tia diſtributiua·Prout ỽo adimplẽt leges eſt
in illis iuſtitia legalis·Quocũq; tñ modo ſu
mat̃ iuſtitia· ſine ea ciuitas uł regnũ durare
nõ põt·Bene ergo dcm̃ eſt qđ dicit̃ ·i·magno
rũ moraliũ·c·de iuſtitia·Qꝛ iuſtũ eſt quoddã
ꝓportionabile ⁊ cõtinet vrbanitates·Nã ſi/
cut aĩa continet corpuſ·qr recedẽte ea corpus
diſſoluit̃ ⁊ marceſcit· Sic iuſtitia cõtinet vr
bãitates·i·ciuitates ⁊ regna·qr ſine ea diſſol
uit̃ ciuitaſ·⁊ nõ poſſunt regna ſubſiſtere·val
de igit̃ iniuriatur regno ⁊ regi qui iuſtitiam
nõ obſeruat· Si igit̃ iuſtitia eſt tm̃ bonũ re/
gis et regni:ſummo ope rex ſtudere dʒ ut in
ſuo regno ſeruet̃ iuſtitia:nõ ſolũ hijs qui in
regno nati ſunt:ſed etiã peregriniſ ⁊ aduẽis
Cuicũq; enĩ neget̃ iuſtitia manifeſte regi et
regno infertur iniuria·

Qꝛ maxĩe decʒ reges eſſe iuſtos:et ĩ ſuo
regno iuſtitiã obſeruare· Caplm·xij·

Aris ꝑ precedẽs caplm perſuadet̃
ꝑncipibus atq; regibus ut ſint iu/
ſti:⁊ ut obſeruent iuſtitiã·cũ ſine
ea ciuitates ⁊ regna durare nõ poſſunt· Tñ
qr eſt aĩus hoĩs generoſus ⁊ ſemꝑ auidus no
uas rões audire· Adducemus nouos modos
quib⁹ oſtendi poterit ꝙ maxĩe decet reges et
ꝑncipes eſſe iuſtos·Poſſumus aũt hanc veri
tatẽ quadruplici via venari·ſm q̃tuor que tã
gunt̃ de iuſtitia in·v·ethi·¶Prima via ſumi
tur ex parte pſone regie·Secũda ex pte ipĩus
iuſtitie·Tertia ex pfectione bonitatis que ex
iuſtitia ĩnoteſcit·Et q̃rta ex ipſa malicia que
ex iniuſtitia ꝯſurgit·¶Prima via ſic pʒ:naʒ
ſi lex eſt regula agendoꝝ:ut haberi põt ex·v·
ethi·ipſe iudex· et mł tomagis ipſe rex cuius
eſt leges ferre debet eſſe quedã regula ĩ agen
dis· Eſt enĩ rex ſiue ꝑnceps quedã lex:et lex
eſt quidam rex ſiue princeps·Nam lex eſt qui
dam inaĩatus princeps· Princeps vero eſt q̃
dam aĩata lex·Quantũ ergo aĩatum inaĩatũ
ſupat:tantũ rex ſiue princeps debet ſupare le
gem·Debet etiã rex eſſe tante iuſtitie et tãte
equitatis:ut poſſit ipſas leges dirigere·cũ in
aliquo caſu leges obſeruari nõ debeant·ut in
fra patebit·Dubitare ergo vtrũ rex dẽat eſſe
equalis ⁊ iuſtus·eſt dubitare:vtrũ ipſa regu
la debeat eſſe regulata·Si enĩ regula ab equa
litate deficiat nihil regulatũ erit·cũ om̃ia per
regulã regulent̃·Sic ſi reges ſint iniuſti diſ/
ponunt regnũ ut in eo non obſeruet̃ iuſtitia·
maxĩe ergo ſtudere debent ne ſint iniuſti ⁊ in
equales·qr eoꝝ iniuſtitia ⁊ inequalitas tollit
ab eis regiam dignitatẽ·Nam reges iniuſti ⁊
ſi dominent̃ per ciuilẽ potentiaʒ:nõ tñ digni
ſunt ut ſint reges· Cum enĩ deceat regulam
eſſe rectam et equalem·Rex qr eſt quedã ani/
mata lex·eſt quedã aĩata regula agendoꝝ·ex
parte ipſius perſone regie maxĩe decet ipſum
ſeruare iuſtitiam· ¶Secundo poſſumus ĩue
ſtigare hoc idem ex pte ipĩus iuſtitie·Naʒ iu
ſtitia eſt quoddã magnũ bonũ et preclarum·
Perficit enĩ ut dictũ eſt hominẽ in ordine ad
aliũ·Tunc aũt maxĩe clareſcit bõitas noſtra
qñ uſq; ad alios ſe extendit· Unde·v·ethi· di
cit̃:ꝙ ꝑclariſſima virtutũ videt̃ eſſe iuſtitia·
⁊ nõ veſꝑus neq; lucifer ẽ ita admirabił ſicut
ipſa·Veſper⁹ enĩ et lucifer eſt vna ⁊ eadẽ ſtel
la que eſt valde pulchra ⁊ clara·⁊ propter ſui
pulchritudinem ⁊ venuſtatẽ cõi noĩe appella
tur venus·Hec aũt ſtella aliqñ precedit ſoleʒ
et tunc apparet in mane ⁊ dicit̃ lucifer·Aliqñ
vero ſequitur ipſum:⁊ tunc apparet in ſero ⁊
dicit̃ veſperus·Eſt ergo intentio philoſophi
dicere:ꝙ cũ venuſ que eſt tã pulcherrima ſtel
la ⁊ que aliqñ dicit̃ lucifer:aliqñ veſꝑus:non
ſit ita pulchra nec ita preclara ſicut eſt iuſti/
tia·Pulchritudo ſtellaꝝ nõ eſt ita admirabił
ſicut pulchritudo eius·Stelle enĩ pollent pul
chritudine corpali ⁊ illuminãt nos lumĩe cor
porali·Sʒ iuſtitia pollet pulchritudine hone
ſta et ſpũali: ⁊ ornat nos virtuali pfectione·
Quãto igit̃ pulchritudo ſpũalis excellit pul
chritudinẽ corpalem· tãto pulchritudo iuſti/
tie ⁊ claritas eius: admirabilior eſt claritate
ſtellaꝝ·Si ergo decet reges ⁊ ꝑncipes hr̃e cla
riſſimas ỽtutes ex parte ipſius iuſtitie:que
eſt quedã clariſſima virtus· Probari põt ꝙ
decet eos obſeruare iuſtitiam· ¶Tertio hoc

ꝓbari poteſt ex ipſa ꝑfectione bonitatis que
ex iuſticia innoteſcit. Juſticia enĩ nõ ſolũ eſt
ꝑfecta vtus in ſe. ſed ſi ſit in regibus et ꝑnci/
pibus oſtendit eos eſſe ꝑfecte bonos. Sic enĩ
videmus in alijs rebus ꝙ vnũquodqʒ ꝑfectũ
eſt: cũ põt ſibi ſimile ꝓducere: et cũ actio ſua
ad alios ſe extendit. ut tunc aliqd eſt perfecte
calidũ qñ poteſt alia calefacere: ⁊ qñ actõ ſua
ad alia ſe extendit. Et tunc eſt aliqs perfecte
ſciens qñ poteſt alios docere: ⁊ qñ ſcia ſua ad
alios ſe extendit. Jdeo ſcribit̃. i. meth. Qꝫ ſig
nũ oĩno ſcientis eſt poſſe docere. ergo a ſimĺi
tunc eſt aliqs perfecte bonus qñ bonitas ſua
uſqʒ ad alios ſe extendit. Jnde eſt ergo ꝙ non
cognoſcit̃ perfecta bonitas hominũ. niſi ꝯſti
tuant̃ in aliquo principatu. Nã ꝗdiu aliqs
nõ habet regere niſi ſeipſum nõ plene appa/
ret qualis ſit: nec ꝑfecte cognoſcit̃ bõitas ei⁹
Sʒ qñ cõſtituit̃ in principatu aliquoꝝ: opoꝛ
tet ꝙ bonitas ſua ad alios ſe extendat: tũc me
lius apparet qualis ſit: eo ꝙ opa ſua ad exte/
rioꝛa ſe extendant. Si ergo nobis exteriora
magis nota ſunt: ꝗto aliquis in maioꝛi pꝛin
cipatu cõſtituit̃. qꝛ opa ſua ad plura ſe exten
dunt magis apparet q̃lis ſit. Jdeo dicitur. v.
ethi. principatus virũ oſtendit. Propter qꝺ
et ꝓuerbialiter dicit̃. Si qs vult cognoſcere
virũ ponat ipm in aliquo pricipatu. Ex iuſti
tia ergo: qꝛ eſt ad alterũ innoteſcit ꝑfecta bo
nitas: Naʒ excepta prudẽtia que alijs vtuti/
bus ꝑfectior eſt: qꝛ eſt eaꝝ directiua. Omnes
alie vtutes moraleſ que ꝑficiũt hominẽ in ſe:
ſe vident̃ habere ad iuſticiã: que ꝑficit hoĩeʒ
in ordine ad alterũ. Sicut ſubditi qui quodã
modo ſolũ habent regere ſeipos ſe habent ad
principẽ: cuius bonitas ⁊ regimẽ ad alios ſe
extendit. Sicut ergo in pricipe magis mani/
feſtat̃ ꝑfectio bonitatis ꝗ in alijs. Sic ex iu/
ſtitia magis manifeſtat̃ ꝑfectio bonitatis ꝗ
ex alijs vtutibus moꝛalibus. Decet ergo Re/
ges et ꝑncipes eſſe iuſtos. tũ qꝛ debent eſſe re
gula agendoꝝ. tuʒ qꝛ iuſtitia eſt ꝑclara vtus
tum etiã qꝛ ex ea manifeſtat̃ perfectio boni/
tatis. ¶ Quarto hoc decet reges ⁊ principes
ex magnitudine malicie que ex iniuſtitia con
ſurgit. nam ut dicit̃. v. ethi. ſicut melioꝛ eſt q
nõ ſolũ eſt bonuſ in ſe. ſed etiã bonitas ſua ſe
extendit ad alios. Sic peioꝛ eſt qui nõ ſolum
malus eſt in ſe: ſed etiã malicia ſua ſe extẽdit
ad alios. et quantũ ad plures ſe extendit ma/
licia eius: tanto peioꝛ exiſtit. Tãto igit̃ ſum
mo ope ſtudere debent reges et principes ut
ſeruẽt iuſtitiã: et iniuſtitiã vitent: ꝗto ex eo
rũ iniuſtitia põt cõſequi maius malũ: et põt
inferri pluribuſ nocumentũ. Eſſet aũt vlteri
us declarandũ qũo reges et pricipes poſſint
iuſtitiã acquirere. et qũo debeãt iuſtitiaʒ ob/
ſeruar̃. Sʒ in tertio libro vbi aget̃ qũo regnũ
iuſte regi debeat: plenius oſtendetur.

Quid eſt foꝛtitudo. et circa que hʒ eſſe.
et qũo poſſumus noſipſos foꝛtes facere
Caplm. xiij.

Jrca quodcũqʒ ꝯtingit peccare: et
bene agere. oportet dare vtutẽ ali
quã ꝑ quã regulent̃ in agẽdo. Cũ
igit̃ circa timoꝛes ⁊ audaciaſ cõtingat aliquẽ
ſe hr̃e recte et nõ recte: opoꝛtet dare vtutẽ ali
quã circa timoꝛes ⁊ audacias. Accidit enĩ ali
quos timere timẽda. Sunt enĩ aliq adeo pa/
uidi ꝙ circũſtantes muros timẽt. Aliqui vo
adeo fatue audent: ut etiã deũ nõ timeãt. qꝺ
nõ eſt foꝛtitudinis ſed inſanie. Propter qꝺ. i.
magnoꝝ moꝛaliũ ſcribit̃: ꝙ ſi quis vĺde inpa
uidus exiſtat. ꝙ deũ nõ timeat nõ eſt foꝛtis:
ſed inſanus. Spectat igit̃ ad foꝛtẽ timere ti/
menda et audere audenda. Erit igit̃ fortitu/
do vtus quedã repꝛimẽs timoꝛes et moderãſ
audacias. Reprimit enĩ foꝛtitudo timoreſ ne
per eos qs retrahatur: ab eo qꝺ ratio dictat.
Moderat ãt audacias ne quis audẽdo aggre
diat̃ qꝺ ratio vetat. ¶ Viſo qd eſt foꝛtitudo
reſtat videre circa que eſſe habeat talis vtus
Sciendũ igit̃ ꝙ timere ⁊ audere ꝓprie reſpi
ciũt ꝑicula. Nullus aũt timet niſi ẏmaginet̃
ſibi ꝑiculũ iminere. nec oĩs dicit̃ audax niſi
aggrediat̃ aliqꝺ terribile et ꝑiculoſum. Peri
culoꝝ aũt: quedã ſunt bellica quedã aũt ex ali
is cãis. Exponimur aũt ꝑiculis nõ ſolũ in bĺ
lis ſed etiã in mari: et in egritudĩbus: et ĩ ali
is circa que ꝯuenit eſſe ꝑicula. Rurſus in ꝑi/
culis belloꝝ hoĩes diuerſimode ſe habẽt. Nã
qdam timẽt. quidã audent. Audẽtes etiaʒ di
uerſificant̃. Nã quidã de leui aggrediunt̃ bĺ
loꝝ ꝑicula: ſed cũ aggreſſi ſunt ea ſi inuene
rĩt reſiſtentiã nõ ſuſtinẽt: ſed fugã arripiũt.
Quidã aũt nõ de leui aggrediunt̃ bellũ: ſed
cũ aggreſſi fuerint ſuſtinẽt et tolerãt ꝑicula
belloꝝ. Cũ igit̃ virtus ſit circa bonũ ⁊ diffici
le. qꝛ difficilioꝛa ⁊ terribilioꝛa ſunt ꝑicula bel
lica ꝗ alia. et etiã qꝛ in ꝑiculis bellicis diffici
lius ẽ reprimere timoꝛeſ ꝗ moderare audaci
as. Rurſus vo qꝛ in audẽdo nõ tã difficile ẽ
aggredi pugnã ſicut tolerare ⁊ ſuſtiner̃ pug
nãtes. Foꝛtitudo q̃ eſt vtus circa ꝑicula: pri
cipalius eſt in repimẽdo timoꝛes ꝯtingẽtes cir
ca ꝑicula talia ꝗ in moderãdo audaciaſ circa
ipſa. Sic etiã pricipalius eſt hmõi vtus in ſu
ſtinendo pugnantes ꝗ in aggrediendo eos.
¶ Qꝫ aũt ꝑicula bellica ſint difficilioꝛa ad ſu
ſtinendũ ꝗ ꝑicula alia: triplici via oſtẽdi po
teſt. ¶ Primo qꝛ hmõi ꝑicula ſunt magis pre
oculis ⁊ magis ſentiũt̃ ꝗ alia. nõ enĩ ſic apte
apprehẽdimus moꝛtẽ cũ egrotamur: qꝛ egri
tudineſ intrinſecus latẽt. nec ſic ſentim⁹ ꝑicu
la maris ſic̃ ꝑicula bellica nec ex tactu aque ſic
ſentim⁹ ⁊ ẏmaginamur leſionẽ ſicut ex tactu
gladij ꝑicula. ergo bellica. tũ qꝛ mãifeſta ſunt
tũ etiã qꝛ maxĩe ſentiunt̃: et ẏmaginamur ea
maxĩe doloꝛẽ inferre. difficilioꝛa ſunt ad ſuſti
nendũ ꝗ alia. ¶ Secũdo talia difficili⁹ ſuſti
nemus ꝗ alia nõ ſolũ: qꝛ ſunt magis manife
ſta ⁊ doloꝛis illatiua. ſed qꝛ ẏmaginamur ꝙ
ꝑ fugã ea defacili vitare nõ poſſum⁹. Nõ enĩ
ſic ꝑ fugã vitare poſſum⁹ egritudines: qꝛ cuʒ
egritudo ſit aliqd in nobis exiſtẽs ꝑ fugã eaʒ
vitare nõ poſſum⁹. ꝑicula etiã maris nõ ſic ꝑ
fugã vitari poſſunt ſicut ꝑicĺa belli. Cũ ergo
difficili⁹ ſit durare ⁊ ſuſtinere ꝑicula illa que
ꝑ fugã vitare poſſum⁹ ꝗ ad que ſuſtinẽda ne
ceſſitamur: eo ꝙ ꝑ fugã ea vitare nõ poſſum⁹
difficili⁹ ſuſtinentur pericula bellica ꝗ alia.
¶ Tertio ꝑicula talia difficili⁹ ſuſtinent̃: qꝛ
ꝑ ea maxĩe apꝑhendimus moꝛtẽ violentã: cũ
moꝛs ibi illata ſit ꝑ mutilatõʒ mẽbroꝝ ⁊ per
inciſſurã coꝛpis: ꝑ quã maxĩe apprehẽdimus
violentã moꝛtẽ. Moꝛi enĩ ꝑ egritudinẽ uel ꝑ
aliquẽ aliũ modũ: nõ ſic videt̃ repugnare na
ture coꝛpis ſicut moꝛs bellica: per quã coꝛpuſ
mutilatur et inciditur. Eſt igitur vtus forti
tudinis ꝑncipaliter circa ꝑicula bellica. ex cõ
ſequẽti aũt eſt circa pericula alia. Propter qꝺ
dicitur. iij. ethi. ꝙ pricipaliter dicet̃ utiqʒ foꝛ
ſi ille nõ plus de ſe ꝯcederet· niſi ꝙ cõtra vni
cũ ⁊ debilẽ bellaret: oẽs intra ſe ꝯgnoſcerẽt ꝙ
deriſorie loq̃ret̃· Jnde igĩ ſũptũ eſt nom̃ yro
nie ⁊ deriſiõis: qñ aliqs notabiłr de ſe mĩora
ꝯcedit q̃ꝫ ſint· Ad ꝟitatẽ ergo ſpectat modera
re hmõi deriſiões ⁊ repmere iactãtias· Prĩci
paliꝰ tñ ſpectat ad ipm̃ iactãtias repmere q̃ꝫ
deriſiones moderar̃· q2 ut dcm̃ eſt in tłibꝰ ma
gis ẽ declinãdũ in minꝰ: dñdo de ſe mĩora q̃ꝫ
ſint: q̃ꝫ ſit excedendũ ĩ plus aſſerẽdo de ſe ma
iora· ¶ Poſſumꝰ aũt duplicẽ cãꝫ aſſignare q̃
re in tłibus ſemꝑ ẽ declinandũ in minꝰ· Prĩa
ſumit̃ ex pte ſui· ſcđa ex pte alioꝝ· Quilibꝫ .n.
ita nãłr afficit̃ ad ꝓpriũ bonũ: ut ipm̃ ſemꝑ
plꝰ credat eẽ q̃ꝫ ſit· Jdeo coĩr hoĩes đcipiunt̃
đ ſe ipĩs: plꝰ credẽtes ſe plꝰ valere q̃ꝫ valeãt·
Jn narrãdo ergo ꝓpria bona ſemꝑ đclinanđ
ẽ in minꝰ: q2 eſtimare dẽmus ꝙ affecti ad pro
pria bona videnť nobis illa eẽ maiora q̃ꝫ ſint
Hanc aũt rationẽ tangit phũs in auctẽ preta
cta cum ait· ꝙ prudẽtis eſt declinare in minꝰ
Nam magne prudentie eſt cognoſcere ſeipm̃
et ſcire ꝙ propria bona ſemper eſtimant̃ ma
iora q̃ꝫ ſint·

¶ Secunda ratio ſumitur ex parte alioꝝ· Nã
non declinantes in minus ſunt laudatores
ſui: iactantes ſe de bonis que habent· et quia
homines cõmuniter horrent laudãtes ſeipos
Jdeo etiam ex parte aliorum decet in talibuſ
declinare in minus: ne homines ſint alijs ho
neroſi· Hanc autem rationem tangit Philo
ſophꝰ in eodem· iiij· ethi· dicens· declinandũ
eſſe in minus propter honeroſas eſſe ſuper
habundantias· ¶ Oſtenſo quid eſt veritas:
de qua loquimur· et circa que habet eſſe: de le
ui patet ꝙ decet Reges et principes eſſe vera
ces· Naꝫ declinantes notabiliter in minus et
dicentes de ſe notabiliter minora et viliora:
q̃ꝫ ſint: videntur eſſe deriſores et contempti
biles· Excedentes vero in plus: et dicẽtes ma
iora q̃ꝫ ſint: videntur eſſe iactatores et hone
roſi· Quare ſi reges decet eſſe non contemp
tibiles: ſed reuerẽdos· nec honeroſos: ſed gra
tioſos et amabiles· decet eos non eſſe iactato
res uel deriſores: ſed apertos et veraces· non
oſtendendo uel iactando de ſe maiora q̃ꝫ ſint
uel promittendo alijs maiora q̃ꝫ faciant· ymo
tanto magis decet reges et principes cauere
iactanciam: quanto plures habent incitãtes
ipſos ad iactantiam: et de pluribus ſe iactare
poſſent·

Quid eſt iocunditas· et circa que
habet eſſe· et quomõ decet reges
et principes eſſe iocundos·
Caplm̃· xxx·

Redunt enim aliqui: omnia verba
uel facta deſeruiẽtia iocis eſſe oci
oſa· non tamen ſic ſe habet· Nam
ocioſum eſt illud quod caret debito fine· quic
quid ergo de ſe eſt ordinabile ad debitum fi
nem non eſt ocioſum· ludus autem ſi ſit libe
ralis: honeſtus: et modeſtus· ordinari habet
in bonum finem· quia eſt quodãmodo neceſ
ſarius in vita· Jdeo dicitur· iiij· ethi· ꝙ videt̃
requies et ludus eſſe aliquid neceſſarium in
vita· Sicut ergo ſenſus corporales: ut viſus
et auditus· quia laborant in ſentiendo· natu
ra ordinauit ſompnum: propter eorum requi
em· et eſt neceſſarius ſumpnus in vita· Sic
quia ſtudendo uel negocijs regni inſiſtendo
uel alia faciendo continue laboramuſ· Alique
delectationes ſi ſint iocoſe: ſi ſint moderate:
et honeſte: non ocioſe: interponuntur curis ⁊
laboribus noſtris· Quare cum in talibus cõ
tingat peccare et bene facere· Oportet circa
ipſos iocos dare virtutem aliquam: per quaꝫ
debite nos habeamus ad ludos· Jn ipſis enĩ
iocis quidam ſuperhabundant deſiderantes
omnino riſum facere· De quibus quarto ethi
coꝝ dicitur· ꝙ magis conantur riſum facere:
q̃ꝫ decora dicere· Huiuſmodi autem ſunt hy
ſtriones quos Philoſophꝰ appellat bomolo
tos· Philoſophꝰ enim tales aſſimilat auibus
rapientibus predam ſacrificatam in templis
gentilium· Sicut enim aues ille non curabãt
qualitercunq3 poſſent aliquid de illa preda
capere· Sic volentes omnino facere riſum: et
prouocare alios ad cachinnum: non curant:
qualitercunq3 poſſint capere dicta uel facta
aliorum et conuertere ea in ludum et cachin
num· Hij ergo ſuperhabundant ludis· ¶ Ali
qui vero econtrario deficiunt· ⁊ hij vocantur
duri et agreſtes· Huiuſmodi autem ſunt non
ſuſtinentes aliquem ludum: nec dicentes ali
quid ridiculum· ymo dicentibus ſunt moleſti
¶ Patet ergo quid eſt iocunditas uel eutra
pelia: prout eſt virtus: et ut hic de ea loqui
mur· quia eſt reprimens ſuperfluitates ludi·
et moderans duricias· ¶ Huiuſmodi autem
virtus habet eſſe tam circa moderationẽ du
ricie: q̃ꝫ circa repreſſionem ſuperfluitatuꝫ in
ludo· non eſt tamen circa hec eque principali
ter· q2 virtus ſemper eſt principalius circa dif
ficilius· Reprimere aũt ſuperfluitates ludoꝝ
eſt difficilius q̃ꝫ moderare defectus· Habet e
nim ipſe ludus quandam delectationeꝫ anne
xam propter quã magis inclinamur: ut ſequa
mur delectationes iocoſas q̃ꝫ ut fugiamus il
las· ¶ Uiſo quid eſt eutrapelia ſiue iocũditaſ
et circa que hꝫ eſſe· q2 principalius eſt in re
primẽdo ſuꝑfluitates ludi ex cõſequenti circa
moderatioꝫ defectuũ· Reſtat ergo videre quõ
reges et principes decet eſſe iocundos· ut enĩ
ex habitiſ patere põt ſemꝑ extrema vituꝑant̃

medium autem laudatur· Huius aūt mediū
quod eſt in virtutibꝰ reprimētibus paſſiōes
et motꝰ nō ē accipiēdū ſm rem ſ; quo ad nos
Nam ut in precedentibus capitulis dicebat̄:
aliquid eſſe ſuꝑfluum vni quod eſt modicum
alteri·et ecōuerſo· ¶ Si igitur decet omēs ho
mines reprimere ſuꝑfluitates ludoꝝ·magis
hoc decet Reges et principes: ꝑmo oportet a
deo moderate vti iocis:et iocoſis delectatio/
nibus:ꝙ ſi hoc facerent perſone cōmunes vi
derentur eſſe dure et agreſtes· Non ergo in/
telligendum eſt reges et principes nō debere
recreare aliquibus ſolacijs uel aliq̄bus iocis·
Sed qꝛ ludi quibus vti debemus:ſcōm philo
ſophum·iiij·ethi·Debent eſſe liberales et ho
neſti:illis debent reges et principes adeo mo
derate vti ut ſemꝑ videantur maturi ⁊ nullo
modo appareant puériles·Ab ipſa eniʒ infan
tia cōnaturale videtur eſſe pueris delectari
iocis·quare ludus ſi non ſit moderatus et ho
neſtus:aliquam puerilitatē videt̄ habere an
nexam·Tanto igit̄ decet reges et principes
moderate vti delectationibus ludoꝝ:quanto
deteſtabilius eſt eos eſſe puériles·Ampliꝰ ut
patet ex habitis:ex hoc iocoſa delectatio non
eſt otioſa:et ordinatur in bonū fineʒ: quia in
terpoſita noſtris curis quandā recreationem
accipimus:ratione cuius ardentius inſurgi
mus:ut inſiſtamus bonis opibus quoꝝ curā
habere debemus·Quare cum iocus imodera
tus uel inhoneſtus diſtrahat nos a bonis opi
bus et a debitis curis·tanto deteſtabilius eſt
reges et principes imoderate: uel inhoneſte
vti delectationibus ludoꝝ· quanto cura boni
cōmunis que ſpectat ad principem excellentī
or eſt q̄ʒ ſit cura alicuius particularis boni·
Non ergo oīno prohibenda ſunt verba ul̄ fa
cta iocoſa·ſi ſint honeſta et moderata·et hoc
magis et minus prout requirit diuerſitas ꝑ
ſonarum·

Q[uod] maxime decet reges ⁊ principes
oēs virtutes habere·et ꝙ ſi vna ca/
reāt nullam habēt·  Capitulū·xxxi

Am Sancti q̄ʒ philoſophi in hanc
ſciam cōuenerunt: ꝙ oportet ꝟtu
tes cōnexas eſſe·Dixerunt enim ꝙ qui vnam
virtutē habet omnes habet· et qui vna caret
omnibus caret· Cum ergo oīno manifeſtum
ſit ꝙ decet reges et principes aliquas ꝟtutes
habere·quia ut plane patet· Oportet omnes
eſſe prudentes et iuſtos oīno manifeſtum eſ
ſe debet:ꝙ omnes ꝟtutes habere debent:qꝛ
prudētia ⁊ iuſtitia ſine ꝟtutibuſ alijs haberi
non poſſunt·ꝑmo nunquā eſt aliqua vna vir
tus que ſine alijs ꝟtutibus omnibus ꝑfecte
poſſit haberi·Sic etiam tractatores veritatiſ
ſenſerunt dicenteſ: virtutes cōnexas eſſe·Ad
ſenſum tñ videtur apparere contrarium·Ui
demus enim aliquos liberales nō exñtes tē/
peratos:ſed dantes operam venereis geſtibꝰ
Aliquos vero qui ecōtrario ſunt caſti:et tamē
auaricie ſtudent·Non ergo qui vnam ꝟtutē
habet omnes habʒ·nec oportet·Si alique vir
tutes ſint neceſſarie regibus ꝙ omnes virtu/
tes ſint eis necīe· Rurſus videmus aliquos
eſſe liberales qui tñ non poſſunt eſſe magni
fici quia nequeant magna facere:eo ꝙ nō ha
beant magnos ſumptus·Sciendum igit̄ phi
loſophū circa finem·vi·ethi· manifeſte proba
re ꝟtutes cōnexas eſſe· Sed ut ſoluat hmōi
obiectiōes ait·ꝙ ꝟtutes dupliciter ꝯſiderari
pñt·Ul̄ ut ſunt naturaleſ ⁊ īꝑfecte:ul̄ ut ſunt
principales et cōplete· Uirtutes aūt natura
les et imꝑfecte nō oportet eſſe cōnexas·Uide
mus enim aliquos naturaliter habere quan
dam induſtriam et quādam ſubtilitateʒ men
tiſ:propter qꝺ habent quandā prudentiā im
perfectam·hij tñ nec ſunt caſti nec liberales:
nec habent ꝟtutes morales alias·Sic etiā ex
ipſa puericia videmus aliquos mox inclinari
ad opera largitatis:qui nō ſunt caſti nec libe
rales exiſtunt·Aliqui vero ecōtrario habent
quandā naturalem pudiciciam:non tñ libera
les exiſtunt·Sic ergo ꝟtutes non cōnectunt̄·
Sed ꝟtutes que dicunt̄ eſſe principales et ꝑ
fecte:uel in ſe uel in quadam valde ꝓpinqua
diſpoſitione:de neceſſitate habent eſſe cōnex
um·Dicimus aūt in ꝓpinqua diſpoſitiōe·qꝛ
pauperes propter carentiā exterioꝝ bonorū
ſecundū philoſophū non debent dici magnifi
ci·At tñ ſi pauperes ſecundū ſuam facultatē

ſunt vere ⁊ perfecte liberales·ꝓpinquiſſimū
eſt ut ſint magnifici: quia ſi bonis exteriori
bus habundarent:ſtatim magnifica facerent
¶ Declarandum eſt ergo ad plenam intelligē
tiam dictoꝝ quomodo nulla virtus poteſt ha
beri perfecte:niſi omnes virtutes alie habeā
tur· ¶ Notandum ergo ad hoc nos indigere
virtutibus:ut proponētes nobis bonos fines
recte et debite tendamus in fines illoſ·Dupli
citer ergo in talibus peccare contingit· Prio
ſi proponamus nobis malū fineʒ ut vicioſi fa
ciunt·Auari enī proponūt ſibi ut finem ſtude
re auaricie·Intēperati vero venerea·et ſic de
alijs·Secundo in talibus peccare contingit:
ſi non debite tendamus in bonum finem·Uo
lunt enim aliqui eſſe diſtributores bonorum
et ꝓponunt ſibi ut finem opera largitatis:at
tñ non curant vndecūq̄ʒ accipiāt··dū poſſint
alijs dona aliqua elargiri:aliq̄ñ per furtum:
aliq̄ñ per manifeſtam oppreſſionem alios de
predantur ut exerceant opera largitatis·Hij
ergo licet proponāt ſibi bonū finem:non tñ
recte tendunt in finem illum· nō ergo peccāt
in termino: nec in intentione:ſed peccant in
via et in modo adipiſcendi finem intentum·
propter qꝺ tales et ſi aliquo modo ſunt libe
rales:nō tñ perfecte liberales dici debent:qꝛ
ad perfectam virtutem ſpectat non ſolum ꝓ
ponere bonū finem:ſed etiam debite tendere
in illum finem·Indigemus ergo virtutibus
moralibus:quia per eas nobis proponimus
bonuʒ finē·Indigemus etiā prudentia:quia
per ipſam recte ratiocinamur de hijs que ſūt
ad finem·Uirtutes ergo morales per ſe ⁊ pri/
mo rectificant finem:quia ſicut qualis eſt lin
gua talis eſt ſapor noſter·ut ſi lingua eſt mul
tum infecta colera: videtur amara·Si vero ſit
multuʒ infecta flegmate dulciori: videtur par
ticipare quandā dulcedinē·Sic quales ſumuſ
ſcōm voluntatem et appetitū talem finem no
bis imponimus:ut intēperatus proponit ſibi
ut finem venerea:temperatus caſta·liberalis
expendere·auarus cōſeruare· quare virtutes
morales perficientes appetitum rectificant fi
nem: quia habentes appetitum bonum per
virtutes illas: proponimus nobis bonum

finem· Prudentia vero per ſe et primo: re/
ctificat ea que ſunt ad finem·Nam proponen
tes nobis bonū finem per virtutes morales·
Prudentiam bene ratiocinari ut de hijs que
ſunt ad finem et eligimus nobis rectam viā
ut debite tendamus in finē illum·Ideo dicit̄
vi·ethi·ꝙ virtutes morales rectificant finem
Prudentia vero facit operari recte ea que ſūt
ad finem·Loquendo ergo principaliter ⁊ pri
mo virtus moralis rectificat terminū·pruden
tia vero rectificat viam·Sed cum non ſit per
fecta materia niſi ordinetur in bonum finem
⁊ terminū:nunq̄ʒ haberi prudentia poteſt·ni
ſi ſit coniūcta virtutibus moralibus·per quaſ
proponamus nobis bonū terminū et bonum
finem·Sic etiam qꝛ nunq̄ʒ debite et perfecte
habetur bonus finis: niſi tendamus in ipſuʒ
per bonam viam:nunq̄ʒ perfecte habebimus
aliquā virtutem moralem: niſi ſit coniuncta
prudentie· ¶ Talem ergo rationem inten/
dit facere phūs circa finem·vi·ethi· Habens
perfecte aliquā virtutem moralē: habet perfe
ctam prudentiam:Sed habens perfectaʒ pru
dentiam habet omnē virtutem· ergo habens
aliquam virtuteʒ habet omnē virtutem· Sic
ergo virtutes et prudentia ſunt cōnexe:quia
nullus eſt bonus per virtutes morales niſi ſit
prudens·Nam cum virtus moralis ſit habitꝰ
bonus et electiuus et perficiat habentē:⁊ opꝰ
ſuum bonū reddat·cum ad bene eligere et ad
bonum opus ſufficiat proponere bonū finem
niſi per bonam viam eat in finem illū·Uirtus
moralis per quā nobis proponimus bonuʒ fi
nem:non poteſt eſſe ſine prudentia:per quaʒ
recte tendimus in finem illum·Sic et pruden
tia eſſe non poteſt ſine virtute morali·¶ Dif
fert enim prudentia et induſtria quam Phūs
appellat demoſticā·Ille enī dicitur demos et
induſtris qui propoſito quocūq̄ʒ fine inueni/
at vias ut citius conſequatur finem illuʒ:pro
pter quem temperati et vicioſi poſſunt indu/
ſtres et demoſtes dici·ſi ſciant excogitare vi/
as per quas conſequantur venerea et turpia·
que ſibi proponunt ut fines·Prudens tamen
nullus dicitur niſi ad bonū fineʒ inueniat bo
nas vias· non eſt ergo prudentia que īuenit

bona𝔷 vias ad bonum finem ſine virtutibus
moralibus:per quas nobis proponimꝰ bonū
finem·¶Sed dicet aliquis virtute𝔷 moralem
nō poſſe eſſe ſine prudētia·nec econuerſo·ita
ꝙ omnis bonus eſt prudēs: et econuerſo· nō
tamen oportet ꝙ habens perfecte vna𝔷 virtu
tem moralem: habeat omnes virtutes mora/
les· Poteſt enim quis hr̄e perfecte tꝑantiam
et habere prudentiam ut deſeruit temperan/
tie·nō tn̄ habebit virtutes alias: nec habebit
prudentiam ut deſeruit virtutibus illis·Erit
ergo ille perfecte temperatus: non tn̄ erit for
tis ſed timidus· nec erit largus: ſed auarus·
Sed hoc ſtare non poteſt·nullus enim poteſt
eſſe perfecte temperatus:niſi ſit fortis et lar/
gus·et niſi habeat virtutes alias: non poteſt
aliquis habere aliquam virtutem:niſi habeat
omnes virtutes·Nam ille eſt temperatus per
fecte qui nullo modo preter rationē operaret̄
venerea·quare ſi ille ſit timidus:licet forte nō
placerent ſibi venerea ſm̄ ſe: tamen ut fuge/
ret uerberationem uel mutilationem· uł mor
tem eligeret uenerea operari·Sic etiam ſi eſ/
ſet auarus:quia finem ſuum poneret in habē
do pecuniam·licet forte ſcd̄m ſe ei diſplicerēt
uenerea·tamen ſi poſſet lucrari pecuniā qua𝔷
intenderet ut finem:non curaret mechari: In
cōplete ergo et imperfecte poteſt haberi una
uirtus ſine alijs·Sed cōplete et perfecte nul/
latenus fieri poteſt·Quare ſic decet reges et
principes eſſe quaſi ſemi deos:et habere vir/
tutes perfectas·Decet eos habere omnes uir
tutes·quia perfecte una uirtus ſine alijs ha/
beri non poteſt·ꝓmo expedit Regibus ⁊ prin
cipibus:cum non poſſint ſe excuſare per defe
ctum exteriorum bonorum:habere omnes uir
tutes:non ſolum in propinqua diſpoſitione·
ſed etiā ſimpliciter et ſcd̄m ſe·Poteſt enī pau
per aliquis eſſe perfectus:ſi non operetur mag
nifica: et magnos ſumptus: quia non habet
unde faciat magnos ſumptus·Rex autem nun
quā perfectus eſſe poteſt: ſi non operetur mag
nifica·et niſi in omnibus uirtutibus polleat·

Q uot diuerſi ſunt gradus bonorū et
malorum: et in quo gradu Reges
⁊ pricipes eſſe decet·Caplm̄·xxxij·

I uerba Philoſophi in·vij·ethi·di
ligentius cōſiderentur:diſtingue/
re poſſumus·iiij·gradus maloꝝ·⁊
quatuor bonoꝝ·Mali enim homines ſunt in
quadruplici gradu· Quidam ſunt molles· et
quidam incōtinentes· quidam intemperati·
quidam beſtiales·Sic etiā ⁊ boni ſunt in qua
druplici gradu·quia quidam ſunt perſeueran
tes·quidam cōtinentes·quidā temperati·qui
dam uero diuini· ¶Molles aūt dicuntur illi
qui modica paſſione: uel parua temptatione
ruunt:ꝙ ipſum nomē deſignat·Nam ſecūdu𝔷
Phūm in de generatiōe·molle eſt illud quod
de facili cedit·Dicuntur ergo molles ſm̄ Phi
loſophū qui nolunt laborare:et ſunt nimis d̄
licati· Nam ut in·vij·ethi· ſcribitur· Delicia
quedam mollicies eſt·tales ergo nihil diffici/
le ſuſtinere uolentes:ſtatim cum paſſionant̄
uel cum temptantur cadunt·¶In alio gradu
dicuntur eſſe incōtinentes· Hij aūt differunt
a primis·Nam molles nullā pugnam:nec ali
quid difficile ſuſtinere poſſunt· Incōtinētes
uero pugnā ſuſtinent:ſed in ſuſtinendo defi/
ciunt·Continere enī: ut ipſum nomen deſig/
nat·hoc eſt:contra aliud ſe tenere·Incontine
re ergo eſt aggredi pugnam:et in pugna non
poſſe ſe tenere:ſed deficer̄·¶In tertio gradu
ſunt intemperati· Intemperatus enim tunc
dicitur aliquis:quando non ſolum paſſiona/
tus cadit et per tēptationes deijcitur· ſed de/
lectabile eſt ei malefacere· Incōtinentes ergo
et molles non delectantur in malefacere·ꝓmo
aliud eligunt et aliud agunt·exn̄tes enī extra
paſſiones tam incōtinentes:ꝗ̄ molles eligūt
benefacere:et proponunt optimas leges·paſ/
ſionati uero cadunt:et nullam de illis legibꝰ
obſeruant·Taleſ aūt Philoſophus aſſimilat
paraliticis·qui eligentes ire in dextram:pro/
pter diſſolutionem corporis· et non ualentes
corpus regere:uadunt in ſiniſtram· Sic mol/
les et incontinentes proponunt benefacere ⁊
eligunt ire in dextram· Tamen quia habent
potentias anime diſſolutas: nec habent eas
bene regulatas et ordinatas: ſm̄ ordinem ra/
tionis·non uadunt in dextram:ſed cadunt et
tendunt in ſiniſtram·Aliter tn̄ cadūt molles

Aliter incontinentes· Quia molles modica
pugna ruunt·Incontinentes uero maiori pu
gna ſuccumbunt· Intemperati ergo peiores
ſunt ꝗ̄ incōtinētes et molles·quia ſunt adeo
habituati in malo: ꝙ delectabile eſt eis mala
facere·¶In quarto gradu autem ſunt beſtia
les· Hij autem peiores ſunt ꝗ̄ intemperati·
Illi enim beſtiales eſſe dicunt̄:qui ultra mo/
dum hominum malefaciunt·Sunt autem be/
ſtiales operantes ea: que ipſa natura horret
Sicut ſunt quidam barbari cōmedentes car/
nes humanas:bibentes humanum ſanguinē
Talia enim non niſi a beſtialitate prouenire
poſſunt· ¶Narrat autem Philoſophus ·vij·
ethicoꝝ·multas huiuſmodi beſtialitates·Di/
cit enim ꝙ cum queda𝔷 pregnans eſſet: et nō
potuiſſet parere·ex hoc tantum dolorem con
cepit·et ſic in beſtialitatem cōuerſa eſt·ut om
nes pregnantes reſciderent· quia ergo ipſa pa
rere non poterat:volebat ut nulla de cetero
parturiret· Sic etiam ut ait:circa quandam
inſula𝔷 maris ut circa pontum exiſtebāt tunc
tēporis quedam gentes oīno beſtiales cōme/
dentes carnes crudas·deuorantes carnes hu
manas·⁊ ꝙ peius eſt:preſtabant ſibi filios in
conuiuium· cum enim quis alios conuiuare
volebat:ſi filius ſuus domi non erat a vicino
ſuo mutuabat filium ⁊ ipſum parabat in con
uiuium·ſpondens eni𝔷 ꝙ quando vellet con/
uiuium facere:ei ſuu𝔷 filium retribueret·Sic
etiam circa phalarim ut ait:queda𝔷 gentes be
ſtiales morabantur ſacrificantes matres pro
prias:cōmedentes epata hominum· Illi ergo
ſunt beſtiales:qui ultra modum hominu𝔷 ma
le agunt·¶Dicto de quatuor generibus ma/
lorum·Reſtat dicere de quatuor generibꝰ bo/
norum·Nam ſicut quidam mali ſunt molles·
qui modica paſſione ruunt·Sic quidam boni
dicuntur eſſe perſeuerantes· Huiuſmodi aūt
ſunt:qui ſtant et non modica temptatione ca
dunt· Loquēdo ergo de perſeuerantia ut phi
loſophus loquitur:nihil eſt aliud:ꝗ̄ quedam
bona diſpoſitio oppoſita molliciei·ergo ī pri/
mo gradu dicuntur eſſe perſeuerantes·
¶In ſecundo vero ſunt continentes· Conti/
nere enim eſt plus ꝗ̄ perſeuerare·Nam ſi qs

etiam non temptatus:uel modicum temptatꝰ
non ruat dicitur perſeuerare·ſed nō dicit̄ cō/
tinere:niſi fortiter paſſionatꝰ paſſiones illas
vīcat·Nam nullus ꝯtinet: niſi contra paſſio/
nes ſe teneat·Ideo·vij·ethicoꝝ dicitur:ꝙ cō/
tinentia elegibilior eſt ꝗ̄ perſeuerantia·
¶In tertio autem gradu bonorum ſunt tem
perati· Illi enim temperati eſſe dicuntur:qui
non ſolum modicum paſſionati perſeuerant·
ꝙ faciunt perſeuerantes·uł contra fortes paſ
ſiones ſe tenent·ꝙ faciunt continentes· Sed
ſunt ita caſti in appetitu et habent tam mo/
deratas paſſiones:et quaſi pugnam non ſen/
tiunt: et delectabile eſt eis benefacere· Sicut
ergo perſeuerantes opponuntur mollibus·⁊
continentes incontinentibus· Sic temperati
opponuntur intemperatis·Nam ſicut delecta
bile eſt intemperatiſ mala facere·ſic delectabi
le eſt temperatis bona operari·¶In quarto
et in ſupremo gradu bonorum:ſunt homines
diuini·Nam ſicut aliqui homines ſunt beſtia
les:et ſunt mali ultra modum hominum·Sic
aliqui ſunt quaſi diuini:⁊ ſunt boni ultra mo
dum humanum· Unde et Phūs circa princi/
pium·vij·ethicoꝝ dicit·ꝙ Homerus refert de
Hectore:ꝙ Rex Priamus pater ſuus dicebat
de ipſo:ꝙ erat valde bonus·propter quod nō
videbatur exiſtere puer viri moralis: ſed dei·
Uirtus autem illa per quam quis debet eſſe
bonus ultra modum humanum·appellatur a
philoſopho heroyca·i·principans et domina
tiua·¶Ex hoc ergo manifeſte patet:ꝙ reges
et principes ſi debent recte dominari: nō ſuf
ficit eos fugere omnes gradus malorum: ⁊ ꝙ
non ſint:nec molles:nec incontinentes:nec ī
temperati:nec beſtiales: ſed oportet eos eſſe
in ſummo gradu bonoꝝ·qr enī alijs dn̄ari et
ꝑncipari deſiderāt:oportet ꝙ habeāt ꝟtute𝔷
illam:que eſt dominās ⁊ꝑncipās reſpectu ali
arū ꝗ̄ habētes ſunt boni ultra modū alioꝝ·et
ſunt quaſi hoīes diuini· In hoc gradu debēt
eſſe reges et ꝑncipes·⁊ ſi in tali gradu eſſe d̄
ent bonos et ꝑfectos pricipes ſeculares: q̄les
eſſe dēant: eccleſiaſtice pricipantes prudētie
iudicio relinquatur·

**Quot ſunt gradus ꝟtutis· et cuiuſmōi virtutes habere debeant reges et prin/ cipes· Caplm·xxxiij·**

Diſtinguūt tam Macrobius ꝙ̄ Plo
tinus·iiij·gradus ꝟtutū· Nam q̄dā
ſunt pollitice·quedā purgatorie·que
dā purgati animi·quedā exēplares: Dicūt āt
q̄dam ꝟtutes exēplares eſſe in ip̄o deo· Vir/
tutes aūt polliticas eſſe ꝟtutes acq̄ſitas: per
quas hoīes bene ſe habēt in rebꝰ hūanis·Sʒ
ꝟtutes purgatorias et purgati animi dīit eſ/
ſe ꝟtutes infuſas: p q̄s q̄s bene ſe hʒ ad diui
na·Circa diuina aūt aiūt: eſt duplex gradus·
Nā aliq ſunt tendētes et exn̄tes in diuina ſi/
militudie·Et tales dicunt̄ hr̄e ꝟtutes purga
torias·Aliq ꝟo ſunt quodāmō iam aſſecuti
ſilr̄itudinē illā· et tales habere dicunt̄ ꝟtutes
purgati animi·Sʒ hij lʒ ſm ſe vera dicāt·non
tn̄ vident̄ accedeī ad intētioʒ eoꝝ qui hoc mō
de ꝟtutibꝰ ſunt locuti·Nā philoſophi nō lo/
quebant̄ niſi de ꝟtutibus acq̄ſitis·Virtutes
aūt infuſas nō poſuerūt·oēm ergo ꝟtutē quā
ponebāt dicebāt eſſe acquiſitā·Sectādo ergo
phōꝝ viā dicere poſſumꝰ: ꝙ ſicut eſt dare di/
uerſos gradus bonoꝝ·ſic eſt dare diuerſa vir
tutuʒ genera·ita ꝙ ſm ꝙ aliquis excellētius
bonus et excellentior: ē gradū ꝟtutū habet·ſi
cut ergo phūs inuit·iiij·genera bonoꝝ·ut pʒ
ex caplo p̄cedēti·q: ait aliquos eſſe pſeueran
tes·aliquos ꝯtinētes·aliquos tpatos·aliquos
ꝟo diuinos·Sic poſſumꝰ diſtinguere·iiij·or
dines ꝟtutū: ita ꝙ cuilibʒ generi bonoꝝ demꝰ
ſuū ordinē ꝟtutū·Dicemus ergo ꝙ pſeueran
tes habēt ꝟtutes polliticas· cōtinētes purga
torias·tpati ꝟo habēt ꝟtutes purgati animi·
Sʒ diuini habēt ꝟtutes exēplares· ꝑpter qđ
ſicut diuini meliores ſunt tpatis·tpati conti/
nētibus·cōtinētes pſeuerātibus·ſic ꝟtuteſ ex
emplares excellūt ꝟtutes purgati animi·Vir
tutes ꝟo purgati animi excellūt purgatoriaſ
et purgatorie polliticas·Qr āt hec genera vir
tutū adaptari dēant predictis generibꝰ bono
rū·pʒ per Plotinū dicentē·ꝙ prie ꝟtutes·ſ·
pollitice molliūt·i·ad mediū reducūt·Scđe·ſ·
purgatorie auferūt·tertie q̄ ſunt purgati ani
mi obliuiſcunt̄·ſed q̄rtis·ſ·exēplaribus nefas
eſt turpe aliqđ noīari· quare bene dcm̄ eſt ꝙ
pſeuerantibꝰ cōpetūt ꝟtutes pollitice·q: pſe/
uerātes ut dicebat̄ opponunt̄ mollibꝰ·⁊ ſuffi
cit ad hoc ꝙ aliqs pſeueret ꝙ teneat ſe in me
dio·ꝟtutes ergo pollitice que molliūt·i·diſpo
nūt animū ad bn̄faciendū: ⁊ reducūt ip̄m ad
mediū ꝯpetūt pſeuerātibus·Sūt āt hmōi vir
tutes mīme inter ꝟtutes alias ⁊ pſeuerantes
loquēdo ð pſeuerātia ut de ea phūs loqtur·te
nēt infimū gradū in genere bonoꝝ·ꝯgrue er/
go hmōi ꝟtutes cōpetūt pſeuerantibꝰ·ſʒ pur
gatorie ꝯpetūt cōtinētibus·Nā ex hoc aliquiſ
eſt ꝯtinēs q: tenet ſe ⁊ abſtinet ſe a delectatōi
bus ſenſibilibꝰ·Cōtinētes enī ſunt euntes in
paſſionibꝰ et pugnāt ꝯtra ip̄as· Modus aūt
vicendi eas eſt auferre ⁊ remouere ſe de eis·
Ideo ꝯtinētibus dicunt̄ cōpetere ꝟtutes pur
gatorie quorum officium eſt auferre et abſti/
nere nos a paſſionibus imoderatis·Virtuteſ
vero purgati animi cōpetunt temperatis·nā
iſte non auferunt ſed obliuiſcūtur·Tempera
tus enim habet ſic appetitum caſtigatum: q:
quaſi pugnam non ſentit ſed obliuiſcitur paſ
ſionum imoderatarum: et quodāmodo dele/
ctabile eſt ei benefacere·Merito ergo talis di
citur habere virtutes purgati animi facientes
ipſum obliuiſci paſſiones illas crebras·q: iaʒ
habet animū purgatum et caſtigatum: ut nō
ſit ei cure de talibus paſſionibus· Quarte ve
ro virtutes videlicet exemplareſ adaptari poſ
ſunt hominibus diuinis·tales qui enī perfe/
cti adeo debent eſſe: ut ſint alioꝝ data regula
et exemplar·¶ Declaratum eſt ergo primum
ꝙ in principio capituli proponebatur·videlʒ
diuerſos eſſe gradus virtutum·Declarare ve
ro ſcđm et oſtēdere cuiꝰōi virtutes regibus
et principibus cōpetere debeant·Si intelligā
tur prehabita nullam difficultatem habent·
Dicebatur ſupra ꝙ reges et principes: nō ſuf
ficit eſſe perſeuerantes·continentes et tempe
ratos·ſed decet eos quodāmodo eſſe diuinos
Virtutes vero cōpetentes eis poſſunt exem/
plares dici·quia ipſi aliorum debent eſſe regu
la exemplariſ·Tante enī bonitatis debet eſſe
princeps: ut qlibet ſuus ſubditꝰ accipiat inde
formā viuendi·et cognoſcat defectū ſuū videſ
vitam et pfectionē pncipantis· Quare apud
reges et pncipes nō ſolū deteſtabile eſſe debʒ
eos turpia opari·ſed etiā noīare et audire tur
pia nefas eſſe debet· Bene ergo eis ꝯpetunt
exēplares ꝟtutes: quibus ſm Plotinū nefas
eſt turpia noīari·ſed cū tante bonitatis nullꝰ
eſſe poſſit abſqʒ dei gratia et eiꝰ auxilio: q̄nto
reges et pncipes alios excellere debēt·tāto ar
dentius decet eos diuinā grām poſtulare· In
hoc ergo elidit̄ phōꝝ elatio: volentiū ꝙ ex pu
ris naturalibus poſſemꝰ oīa mala uitare et
perfectā bonitatē acquirere·

**Qr bonaꝝ diſpoſitionū: q̄dam ſunt ꝟtu tes: q̄dam ſupra ꝟtutes: q̄dam annexe ꝟtutibus: quedam diſpoſite ad ꝟtutem Caplm·xxxiiij·**

Dicebat̄ enī ſupra ꝙ lʒ largo mō acci
piendo ꝟtutes: oīs bona diſpoſitio
mentis poſſit dici q̄dam ꝟtus·attn̄
bonaꝝ diſpoſitionū quedā magis ſunt anne/
xe et āminiculantes ꝟtutibus: et diſponētes
ad virtutē: q̄ ſint ꝟtutes·Sic etiā quedaʒ diſ
poſitiones bone magis debēt dici ſupra ꝟtu/
tes q̄ ꝟtus·Sʒ qūo hoc eſſet non ꝓbabat̄: q:
nondū declarata erāt ea p que hec oīa moteſ/
cūt·Sʒ viſis phabitiſ oñdere qūo hec ſic ſe ha
bent: nō eſt difficile· Nam enbulia ⁊ ſileſis ſi
ne cōſiliatiua ⁊ iudicatia ꝟtutes ſunt: accipi
endo ꝟtutē large·Vn̄ et phūs·vi·ethi·eaſ vir
tutes appellat·Accipiēdo virtutē tn̄ ut hic de
ꝟtute loqmur; aliquo mō deficiūt a rōe virtu
tis· Nā ut dicit̄·ij·ethi·ꝙ ad virtutē ptinet p̄/
mo ſciēs·deīde eligēs·et tertio firme et imobi
liter opari: quare cū enbulia cōſcilie t̄ · ſineſis
iudicet·Prudētia p̄cipiat firmiter ⁊ imobilr
opa fieri ſm cōſciliata et iudicata· Prudētia
que immediatius ſe tenet ex pte opis eſt poti/
or: et magis hʒ rōem ꝟtutis q̄ cōſciliatiua et
iudicatiua·ille ergo magis ſunt admiculātes
et deſeruiētes ꝟtuti q̄ ſint virtutes· Bene er
go dictū eſt ꝙ bonaꝝ diſpoſitionū: quedā ſūt
admiculantes ⁊ annexe ꝟtutibus·ſʒ quedam
ſunt diſponētes ad virtutē·ut pſeuerātia ⁊ cō
tinentia·Cōtinētia enī nō ꝓprie eſt ꝟtus q:
virtuoſo delectabile eſt bn̄facere·ꝯtinens enī
lʒ nō ſequat̄ paſſionē ſed rōem·tn̄ q: nō ē con
tinēs: niſi q: cōtra paſſiones ſe tenet: rōe pug
ne q̄ ſentit·nō eſt ei delectabile bn̄facere· q̄
diu ergo aliqs eſt cōtinens: et q̄ diu hʒ paſſi
ones fortes: nō hʒ pfectū vſum ratiōis ⁊ vir
tutis·Attn̄ vicendo paſſiones illas diſponit̄
ut ſit ꝟtuoſus·quare ꝯtinentia licʒ poſſit dici
virtus large accepta ꝟtute·magis tn̄ videtur
eſſe diſpoſitio ad virtutē q̄ virtꝰ·Sʒ cū cōti/
nentia potior ſit q̄ pſeuerātia: accipiēdo pſe/
uerantiam ut de ea loquit̄ phūs: deficit a rōe
virtutiſ· ꝑpter qđ nō eſt uirtus·Sʒ uel eſt diſ
poſitio ad virtutē: uel eſt q̄dam ꝯditio ſequēs
virtutē·Declarare ergo qūo pſeuerantia ē diſ
poſitio ad virtutē·et qūo eſt cōditio ſequens
virtutē: nō eſt pn̄tis ſpeculatōis·Sufficit aūt
ad pn̄s ſcire ꝙ loquēdo de pſeuerantia ut ſupi
us dicebat̄: et ut de ea loquit̄ phūs·eſt quedā
diſpoſitio ad virtutem· Virtus aūt heroyca:
quā diuinā uocare poſſumus: magis ē ſupra
virtutē q̄ ſit uirtus· ¶ Unde phūs·vij·ethi·
loquens de hac uirtute ait·ꝙ non eſt uirtus:
ſed quid honorabilius uirtute·Cum ergo pru
dentia: iuſtitia et alia: de quibus ſuperius tra
ctauimus: ſint uirtutes·Conſciliatiua et iudi
catiua ſint annexe virtutibus: quia ſunt ad/
miniculanteſ annexe prudentie·Continentia
vero et perſeuerantia ſint diſpoſitiōes ad vir
tutem· Heroyca ſit ſupra uirtuteʒ·bene dictū
eſt: ꝙ bonarum diſpoſitionum quedam ſunt
uirtutes·quedam annexe virtutibus·quedaʒ
diſponentes ad uirtutes·quedaʒ uero ſunt ſu
pra uirtutes· Ut ergo reges et principes poſ/
ſint bonas diſpoſitiones mentiſ habere: decet
eos hec genera diſpoſitionum cognoſcere·

## Incipit tertia pars primi libri de regimine principum·

**Quot ſunt paſſiōes anime· ⁊ quo modo accipiendus eſt earum nu/ merus·**

Xpeditis duabus ptibus bui⁹
opis·q: oſtenſum eſt in quo re/
ges et pricipes ſuũ finẽ ponere
debeãt·et qũo oportet eos ꝟtu
oſos eſſe·Reſtat exequi de tertia pte huius p̄
mi libri·oſtendẽdo quas paſſiões et quos mo
tus animi reges et p̄ncipes dẽant imitari·Sȝ
cũ hoc ſciri nõ poſſit niſi p̄us ſciuerim⁹:quot
ſunt hmõi paſſiones et que illaꝝ ſunt magis
principales·et que ſunt laudabiles:et que vi
tuperabiles·Ideo de hijs p̄rio tractabim⁹ ac
cipiendo aũt numerũ paſſionũ·Sicut diceba/
mus eſſe·xij·uirtutes:ſic dicere poſſumus ꝙ
ſunt·xij·paſſiones·uidelȝ:amor:odiuȝ: deſide
rium·abhoĩatio:delectatio:triſtitia: ſpes:de/
ſperatio:timor:audacia:ira:ꝛ mãſuetudo:Cõ
putabatur enĩ ſupra mãſuetudo inter ꝟtutes
ſed hoc eſt ꝓpter uocabuloꝝ penuriam·ut ait
p̄ hũs·iiij·ethi·Manſuetudo enĩ ꝓprie noĩa/
re uidet̃ paſſionẽ oppoſitã ire·Sȝ cuȝ ſit que
dam virtus inter irã et manſuetudinẽ·q: vir
tutẽ illam ꝓprio nomĩe noĩare neſcimus·no
minamus eã noĩe mãſuetudinis:eo ꝙ illa vir
tus plus cõicat cuȝ manſuetudine ꝙ̃ cum ira
Erit manſuetudo equiuocũ ad uirtutẽ: et ad
paſſionẽ oppoſitã ire·Si quis ãt laborare uel
let cuilibet poſſet inuenire nomẽ ꝓpriũ·Sed
cũ conſtat de re: de uerbis mĩme eſt curandũ
¶ Enumeratis ergo paſſionibus ſic põt acci
pi eaꝝ numerus·q: paſſiones ꝓprie eſſe non
hñt niſi in appetitu ſenſitio·Appetitus eniȝ
intellectiuuſ q: nõ eſt virtus in corpe:ſiue nõ
eſt uirtus affixa organo:ab hmõi paſſionib⁹
eſt ſemotus·erit ergo oĩs paſſio ut de paſſiõe
loquimur in appetitu ſenſitiuo·Senſitiu⁹ au
tẽ appetitus ut ſupra diffuſius diximus:diui
ditur in iraſcibilẽ et ꝯcupiſcibilẽ·Predicte er
go paſſiones ſic diſtinguũtur·q: prime·vi·vi/
delicet:amor: odium:deſideriũ:abhoĩatio:de
lectatio:et triſtitia·pertinẽt ad cõcupiſcibileȝ
relique uero·vi·ad iraſcibilẽ ſpectant· Nume
rus aũt paſſionũ concupiſcibil' ſic accipi põt·
q: oĩs paſſio et oĩs motus anime ptinens ad
concupiſcibilẽ·uel ſumitur reſpectu boni ul' re
ſpectu mali·Si reſpectu boni:hoc eſt triplici/
ter·Nam erga bonum per concupiſcibilẽ tri/
pliciter paſſionamur·Nam bonum apprehẽ/
ſum primo nobis placet· ſecundo tendim⁹ in
ipſum·tertio adepto quietamur in eo· Prout
ergo nobis bonũ aliquod placet: eſt in nobis
amor·ſed ꝓut tendimus in ip̃m habet eſſe in
nobis deſiderium· ꝓut uero quietamur in eo
exiſtit in nobis gaudium et delectatio·Amor
ergo deſiderium et delectatio ſumunt̃ reſpe/
ctu boni· Odium uero abhoĩatio et triſtitia:
ſumunt̃ reſpectu mali·Nam prout malum no
bis diſplicet eſt odium·prout uero ip̃m fugi/
mus:eſt abhoĩatio·ſed prout eo adepto dole/
mus habet eſſe triſtitia·¶ Uiſo quomodo ac
cipiuntur paſſiones concupiſcibiles· Reſtat
uidere quomodo ſumende ſunt paſſiones ira
ſcibiles·Differunt autem hee paſſiones ab il
lis·quia paſſiones concupiſcibiles reſpiciunt
bonum et malum abſolute ſumptum·Sed paſ
ſiones iraſcibiles reſpiciunt bonũ uel malum
in eo ꝙ arduum· Huiuſmodi ergo paſſiones
uel ſumuntur reſpectu boni uel reſpectu mali
Si reſpectu boni:hoc eſt dupliciter· q: uel ut
in ip̃m tẽdimus:et ſic eſt ſpes·nihil eſt enĩ ali
ud ſpes ꝙ̃ tendere in aliqḋ bonũ arduũ·Circa
enĩ bona abſolute ſumpta poteſt eſſe amor:ul'
deſideriũ:uel delectatio·non tñ eſt ſpes circa
aliqua bõa:niſi hñant rationẽ ardui· quare ſi
tendimus in bonũ arduũ dicitur eſſe ſpes·ſed
ſi a tali bono deficimus:habet eſſe deſperatio
Spes ergo et deſperatio ſumunt̃ reſpectu bo/
ni·Alie uero paſſiones iraſcibiles ſumuntur:
reſpectu mali·Nam malũ dupliciter poteſt cõ
ſiderari·uel ut futuꝝ·uel ut preſens· Si conſi
deretur ut futurum hoc eſt dupliciter· uel ut
ipſum aggredimur·et ſic eſt audacia·ul' ut ab
eo refugimus:et ſic eſt timor·Si uero malum
ſit preſens hoc etiam eſt dupliciter· q: uel ex
hoc conſurgimus ad faciendam vindictaȝ:et
ſic eſt ira·uel a tali uindicta deficimus:et ſic ẽ
manſuetudo·Cum ergo non poſſint pluribus
modis uariari·noſtri enĩ motus et noſtre af/
fectiones in vniuerſo·xij·erunt paſſiones·ſex
pertinentes ad concupiſcibilem·et ſex ad ira/
ſcibilem· De quibus omnibus in Rethoricis
diffuſius diximus·hec aũt ſufficiant ſuperfici
aliter pertranſire·

Que predictaꝝ paſſionũ ſunt prio
res:et que poſteriores· et quẽ ordi
nẽ habẽt adinuicẽ·Cap·ij·

Uia nullus bene ſeipſum regere po/
teſt:niſi ſciat que paſſiones ſunt fu/
giende·et que ꝓſequende·Sȝ in hoc
p̄rio libro determinare intẽdimus de regimi/
ne ſui·Uidendũ eſt quot ſunt paſſiões·ꝛ quẽ
ordinẽ habent adinuicẽ·et que ſunt magis p̄n
cipales·et que minus·et qũo vna paſſio redu
citur ad aliã·q: ex oĩb⁹ alijs magis ĩnoteſcit
nobis natura ipſaꝝ paſſionũ·qua inſpecta co
gnoſcere poſſum⁹ que ſunt laudabiles:et que
ſunt vituperabiles·et que ſunt ſequende:et q̃
ſunt fugiende·¶ Uiſo ergo quot ſunt paſſio/
nes et qũo accipitur eaꝝ numerus· videnduȝ
eſt quẽ ordinẽ habeant ad ſe inuicẽ·Ordo aũt
eaꝝ dupliciter poteſt accipi· uel ſingulariter:
uel per cõbinationẽ· Accipiẽdo ergo hmõi or
dinẽ ſm conbinationẽ:dicere poſſumus p̄rias
paſſiones eſſe:amor et odium·In ſecũdo uero
gradu ſunt deſideriũ et abhoĩatio· In tertio
uero ſpes et deſperatio·In quarto aũt timor
et audacia·In quinto aũt ira et manſuetudo·
vltime aũt paſſiones ſunt delectatio et triſti/
tia·Delectatio enĩ et triſtitia conſequunt̃ ad
oẽs alias paſſiones· Nam quacũqȝ paſſione
quis paſſionet̃ uel delectat̃ ·uel triſtat̃ ·Ideo
hee due paſſiones poſt oẽs alias collocande
ſunt·Amor aũt et odium ſunt ſimpliciter paſ/
ſiones prime·Nam ſicut delectatio ꝛ triſtitia:
ad oẽs alias paſſiones cõſequunt̃ ·q: oẽs alie
paſſiones·uel terminant̃ ad delectationẽ uel
ad triſtitiã·Sicut amor et odium alias paſſi
ones p̄cedunt·quare omnes alie paſſiones ſu
munt originẽ:uel ex amore:uel ex odio·quicũ
qȝ enĩ paſſionatur aliqua paſſione:uel ſic paſ
ſionatur:q: amat·uel quia odit· Poſt amoreȝ
aũt et odium eſſe habent deſideriũ et abhomi
natio·Nã deſideriũ ĩmediate innitit̃ amori·
cũ enĩ amamus aliqd uel deſideramus ip̃ȝ ha
bere:uel ſi ip̃m hñamus deſideramus ꝯſerua/
ri in habendo ip̃m· abhoĩatio uero ĩmediate
ĩnitit̃ odio·q: ſtatĩ cũ odimus aliqd abhomi
namur illud·quare ſicut amor et odiũ ſũt paſ
ſiones p̄me·ſic deſideriũ ꝛ abhoĩatio ſunt paſ
ſiones ſecũde·In tertio aũt loco ponẽde ſunt
ſpes et deſperatio·Nã ſpes et deſperatio cum
ſumant̃ reſpectu boni:precedũt timorẽ et au/
daciã·irã et manſuetudinẽ·q̃ ſumunt̃ reſpcũ
mali·timor aũt et audacia p̄cedunt irã et mã
ſuetudinẽ·Nã cum aliqd prius ſit futuꝝ ꝙ̃ p̄
ſens··timor et audacia que ſumunt̃ reſpectu
mali futuri p̄cedunt irã et manſuetudinẽ·que
ſumunt̃ reſpcũ mali p̄ñtis·¶ Plane ergo ptȝ·
quẽ ordinẽ habent dicte paſſiones ſi ſumant̃
bine et bine·Accepte uero ſingulariter ſic or/
dinari debent·q: amor eſt prior odio·deſideri
um abhoĩatione·ſpes deſperatõe·timor auda
cia·ira manſuetudine· delectatio triſtitia·
¶ Amor enĩ eſt p̄or odio·q: ſemp paſſio ſump
ta reſpectu boni ſm ꝙ hmõi prior eſt paſſiõe
ſumpta reſpectu mali·Nam appetitus p̄ ſe et
primo tendit bonũ·Si aũt refugit malũ: hoc
eſt ex cõſequenti·inquantũ fugere malũ habȝ
rationẽ boni·Amor ergo eſt oĩno primus mo
tus et p̄ria paſſio·Nam ip̃m odiũ ex amore ſu
mit originẽ:niſi amaremus aliqd nihil abho
minaremur uel haberemus odio·Nam q: dili
gimus bonũ et iuſtitiã odim⁹ et abhoĩamur
fures et iniuſtos·Deſideriũ aũt qḋ innititur
amore p̄cedit abhoĩatiõȝ que ĩnitit̃ odio·ſpes
uero p̄cedit deſperationẽ:Nã ſi primũ uolitũ
eſt bonũ:et qd eſt volitũ eſt uolitũ ſub ratiõe
boni·paſſio que magis ꝯiungit nos bono ſm
qḋ hmõi p̄cedit alias paſſiones·et q: tendere
in bonũ eſt magis ꝯiungi bono ꝙ̃ deficere ab
ipſo·ſpes per quã tendim⁹ in bonũ p̄cedit de
ſperationẽ per quã deficim⁹ ab ipſo·timor au
tẽ precedit audaciã· Nã ſicut q: appetitus p̄
ſe et p̄rio intẽdit ꝯiungi bono· Ideo paſſio q̃
tendit in bonũ eſt prior paſſiõe que deficit ab
ipſo·Sic q: refugere malũ hȝ rationẽ boni·iõ
timor p̄ quẽ refugimus malũ:p̄or eſt audacia:
per quã aggredimur ipſum·Ira aũt in gener̃
paſſionũ eſt prior manſuetudine·Nã mãſue/
tudo ꝓprie nõ eſt paſſio:ſȝ magis eſt deficer̃
a paſſione·ideo in genere paſſionũ ira mãſue
tudinẽ precedit·¶ Utrũ aũt ſm aliquẽ alium
modũ manſuetudo precedit iram inueſtigare
nõ eſt preſentis negocij·Delectatio auteȝ que

eſt reſpectu boni prior eſt triſtitia que eſt re/
ſpectu mali·q: ergo viſum eſt quot ſunt paſſi
ones·et quõ ordinant̃ ad inuicẽ: ex hijs q̄ di/
cta ſunt aliquo mõ figuraliter et typo inote/
ſcit in nobis natura ipaꝝ·qua cognita cogno
ſcere poſſumus quõ ſint ꝓſequende: et quõ vi
tande paſſiones predicte· Qđ ſcire tãto ma/
gis decet reges et ṗncipes quãto per paſſiões
ipſoꝝ maius valet induci malũ et põt bonum
excellentius ĩpediri· De hoc tñ infra diffuſiꝰ
tractabitur·

Quõ decet reges et ṗncipes ſe hr̃e
ad odiũ et ad amorẽ·
Caplm̃·iij·

Paſſiones tñ quia diuerſificãt regnũ
et vitã nr̃aꝫ·ideo neceſſariũ eſt oſtẽ/
dere quõ nos habere debeamuſ ad il
los·oportebat ergo enumerare oẽs paſſiones
ut ſciremus numeꝝ paſſionũ de quibꝰ deter/
minare debemus·oportebat etiã oſtendere or
dinẽ eaꝝ ut ſciremus quo ordine determĩare/
mus de illis: quare cum amor et odiũ ſint paſ
ſiones prime; prius videndum eſt quõ deceat
reges et pr̃icipes eſſe amatiuos et oditiuos·
et ut oſtendamus nomẽ amoris: nõ ſolũ ut eſt
paſſio proprie ſumpta: ſed etiã ut reperitur in
appetitu ſenſitiuo et intellectiuo·Dicere poſ
ſumus ꝙ ſempꝰ obiectũ amoriſ eſt bonũ·vbi er
go reꝑitur magis ratio bonitatis ibi eſſe debꝫ
magis pr̃icipalis et magis intenſus amor·In
bonis aũt diuinis et in bonis cõibus: magis
reꝑitur ratio bonitatis q̄ in bono ṗuato· mo
dus ergo quo quilibet debet eſſe amatiuus: ẽ
ut primo et pr̃icipaliter diligat bonũ diuinũ
et cõmune: Nam in bono diuino magis habꝫ
eſſe bonitas vniuſcuiuſqꝫ q̄ etiã in ſeipſo·Bo
num enĩ diuinũ eſt cõſeruatiuũ boni noſtri·
ꝑmo et ſi annihilatũ eſſet bonũ nr̃m: deus vn
de velle t poſſet illud reficere·quare cuꝫ nullꝰ
homo ſine diuino auxilio poſſit ſeipſuꝫ bonũ
facere uel ſe in bonitate cõſeruare dictat natu
ralis ratio ut magis diligat deũ q̄ ſeipſum·
q: bonũ vniuſcuiuſqꝫ pr̃icipaliter eſt a deo et
excellẽtius reſeruat̃ in deo q̄ in ſeipõ·et quia

cõmune bonũ eſt diuinius q̄ ſingulare·ut dr̃
pr̃io ethi·et q: in cõi bono includit̃ bonũ pri
uatũ ſemꝑ bono priuato preponendũ eſt cõe
bonũ·naturaliter enĩ videmus partẽ ſe expo/
nere pro toto· ut brachiũ ſe exponit periculo
pro corpore·ex naturali enĩ inſtinctu cũ quis
vult percuti ne uulnerent̃ mẽbra a quibꝰ pr̃i/
cipaliter dependet ſalus corpis·et ne totũ cor
pus pereat brachiũ ṗiculo ſe exponit·Sic eti/
am antiqtus ſi perſpeximus ciuitatẽ aliquam
dñari et tenere monarchiã·hoc erat: q: ciues
pro re publica nõ dubitabãt ſe morti exponeř
Dilectõ enĩ quã habebãt romani ad rem pub
licã fecit Romã eſſe principantẽ ⁊ monarchã
hoc ergo mõ quoſlibet hoĩes decet eſſe amati
uos: utꝰ pr̃io et pr̃icipaliter diligant bonũ di/
uinum et cõe·ex cõſequenti vero bonũ propri
um et priuatũ·maxĩe tñ hoc decet reges ⁊ ṗn
cipes qđ triplici via declarare poſſumus·Re/
gia enĩ dignitas q̄tum ad preſens ad tria cõ
parari põt·ſ·ad tirannidẽ: cui cõtrariat̃·ad ꝟ·
tutes: quibus debet ornari· et ad vicia que dꝫ
fugere·¶ Prima via ſic pꝫ·nam ut ſupius di
cebatur et ut phũs in poll'·probat differentiã
eſſe inter regẽ et tyrannũ·q: rex pr̃icipaliter
intendit bonũ cõe·et in tẽdendo bonũ cõmu/
ne intendit bonũ ꝓpriũ·q: ſaluato regno ſal/
uatur ⁊ rex·Tyrãnus aũt ecõtrario principa
liter intendit bonũ priuatũ·ex cõſequenti aũt
et quaſi per accidẽs intẽdit bonũ cõe· Inquã
tum ex bono cõi cõſurgit ſibi aliqđ bonuꝫ pri
uatum·Si ergo modo oppoſito ſe habent Re
ges ⁊ tyrãnides·cũ mõus amoris tyrãnici ſit
ut bonum priuatum preponat bono cõi·mo/
dus amoris regis eſſe debet ut bonũ cõmune
preponat priuato bono·ꝑmo q: ſpeciali modo
rex et quilibet principãs eſt miniſter dei et ꝑ
ſona publica et cõis· Speciali mõ ſpectat ad
reges et principes bonũ diuinũ et cõe prepo/
nere cuilibet priuato bono·Secundo hoc idẽ
pꝫ ſi cõſiderent̃ virtutes quibus decet reges
eſſe ornatos·ſicut enĩ deteſtabilius eſt in ma/
giſtro carere ſcĩa q̄ in diſcipulo· q: magiſter
eſt in ſtatu in quo ipſe debet ſciam alijs tra/
dere·ſic deteſtabilius eſt in rege carere ꝟtuti
bus q̄ in ſubditis·q: ſtatus regiꝰ requirit ut

inducat alios ad virtutẽ·Inter cetera aũt que
inducere poſſent alios ad virtutes eſt: ut bo/
num diuinũ et cõmune principaliter diligãt·
Nam ſi rex pr̃icipaliter bonũ cõmune inten/
dat ſtudebit ut habeat memoriã preteritoruꝫ
et prouidentiã futuroꝝ ut ſit expertus cautꝰ
et ut habeat omnia que ad prudentiaꝫ requi
runt̃·per quã poſſit melius ſuum populũ re/
gere·ꝑmo ſi bonum cõmune preponat bono ṗ
uato·tanto magis ſtudebit ut prudentia pol/
leat: quanto maior prudentia requirit̃ ad cu/
ſtodiendũ bonuꝫ cõe q̄ proprium· Erit ergo
prudens ſic etiam erit iuſtus·q: bonum ꝯmu
ne potiſſime per iuſtitiã cõſeruatur·Erit ma
gnanimus q: bona cõmunia maxime ſunt ar/
dua et magno honore digna in que magnani
mus tendit·Erit magnificus· quia ſm̃ phũm
iiij·ethi· Magnificentia potiſſime habet eſſe
circa diuina et cõmunia·Erit fortis quia cuꝫ
bonum cõmune proponat bono priuato non
dubitabit etiã perſonaꝫ exponere ſi viderit ꝙ
expediat regno·Erit tẽperatus·quia ſi inten
tio ſua principaliter verſetur circa bonum re
gni ſpernet delcãtiones ſenſibiles ĩmoderataſ
ne per eas impediat̃ debita cura regni·ut er/
go ſit ad vnũ dicere amor diuini boni et ꝯmu
nis inductiuus eſt ad virtutes ſingulas·Con
ſiderando ergo virtutes quibus decet reges
et principes eſſe ornatos pr̃icipaliter debent
diliger̃ bonũ diuinũ et cõe·Tertio hoc idẽ pꝫ
ſi conſiderẽtur vicia que debent fugere·Nam
ſicuti amor diuinus et boni cõis inducit ad
oẽm virtutem·ſic ĩordinatus amor proprius
inducit ad omẽ viciũ·tales enĩ ſunt tyrãni uo
lentes explere voluptatẽ propriã et querẽtes
excellentiã ſingularẽ· ꝓpter qđ fiunt iniuria/
tores alioꝝ: depredant ſacra: expoliant ppl̃m
omnẽ iniuſtitiam exercent· Unde et valerius
maxĩus de Dioniſio ciciliano recitat·qui cum
eſſet tyrannus erat amator ꝓprij cõmodi de/
populabat vrbes·exſpoliabat ciuitates: et deꝑ
dabat ſacra·¶ Viſo quõ reges et principes ſe
habere debeant ad amoreꝫ·quia principaliter
debent amare bonum diuinum et cõmune·de
facili patere poteſt quomodo ſe habere debe/
ant ad odium· Nam amor eſt primus motus

et prima paſſio ex qua omnis alia ſumit origi
nem·ut ſi homo diligit iuſtitiam et veritateꝫ
odit fures qui cõtrariantur iuſtitie· et detra/
ctores qui contrariantur veritati· et qui dili/
git corporalem vitam timet gladiuꝫ qui eam
tollit·timor ergo et odium et breuiter omnis
paſſio ſiue omĩs motuſ animi ex amore ſumit
originem·potiſſimũ ergo in intentione cuiuſ
libet eſſe debet quid amandum·Oſtenſo ergo
quomodo reges et principes quodam ſpeciali
modo pre alijs diligere bonum diuinum de/
bent·et cõmune quodaꝫ ſpeciali modo pre ali
is odire debent que cõtrariantur bono diui/
no et cõmuni·Huiuſmõi autem ſunt opera in
iuſta et cõtumelioſa: et vniuerſaliter omĩa vi/
cia·quare cum de ratione odij ſit exterminare
nunq̄ ſatiari niſi exterminet· ut dicitur·ij·re
tho·Decet reges et principes amare iuſtitiaꝫ
et odire vicia ut nõ ſatientur niſi ea exſtirpẽt
et exterminent per ſe enim homines non ſunt
exterminandi et odiendi· ſed quia vicia ſunt
exſtirpanda et odienda· ſi non poſſunt aliter
vicia exſtirpari: nec poteſt aliter durare cõmu
ne bonum·niſi exterminando maleficoſ homi
nes·exſtirpandi ſunt tales ne pereat cõmune
bonum·amare ergo cõmune bonum et odire
malefica que ei contrariãtur: tanto magis de
cet reges et principes quanto magis ſunt per
ſona publica et cõmunis·

Quomodo et que debeant reges ⁊
principes deſiderare et abhoĩari·
Caplm̃·iiij·

Dicto de amore et odio que ſunt paſ
ſiones prime·Dicere reſtat quomo
do Regeſ et principes ſe habere de
beant ad deſiderium et abhominationem que
ſunt paſſiones ſecunde·¶ Differt autem deſi
derium ab amore· Et abhominatio differt ab
odio· Nam geſta moralia quodammodo re/
bus naturalibus ſunt ſimilia· Nam ſicut cor
pora naturalia per ſuas formas·ut per graui/
tatem uel per leuitatem quandam tendunt in
loca ꝓpria·ſic per amorẽ tendit quis in bonuꝫ

ſibi ꝓportionatū et cōueniens in grauib⁹:er/
go et leuibus eſt tria conſiderare·Primo for/
mā grauis uel leuis per quā conformatᷣ loco
ſurſum uel deorſum·Secundo eſt ibi conſide/
rare motū per quē tendunt in talē locū·Ter
tio ſtationem et quietem per quā quieſcūt in
dicto loco·Sic et in geſtis moralibus ut ꝯmu
niter ponitur eſt tria conſiderare·Nam cū bo
num aliqđ apprehendimus primo per amorē
et per quandam cōplacentiā ei cōformamur
ſecundo per deſideriū in ipſum tendimus·ter
tio per delectationē quietamur in ipſū·ergo
amor nos conformat:deſiderium nos mouet:
et delectatio nos quietat·Et qđ dictum eſt de
bono reſpectu amoris:deſiderij: et delectatio
nis·ut ſupra tangebatur·Intelligendum eſt
de malo reſpectu odij:abbominationis:et tri
ſtitie·Nam ſicut bonum ut eſt amatū ei cōfor
mamur·ut eſt deſideratū in ipſum tendimus·
ut eſt adeptū delectamur in ipſo·Sic malū ut
eſt oditum eſt aliquid diſplicens et difforme:
uoluntati noſtre·ut eſt abbominatū ab eo re/
fugimus·et ſi contingat ipſum adipiſci dole/
mus et triſtamur·deſiderium ergo licet nō ſit
idē ꝙ amor·menſuram tñ et modum debet
ſuſcipere ex amore·Sic et abbominatio lꝫ nō
ſit idem ꝙ odium:tñ ex odio debet menſuram
ſuſcipere·¶Sic enim in naturalibus uidem⁹
ꝙ licet motus deorſum nō ſit idem ꝙ forma
grauis·naturaliter tñ motus deorſum ſumit
menſurā et modum ex grauitate·ut quāto ali
qua ſunt grauiora:tanto uelocius mouentur
ad medium·quare ſi uidere uolumus qūo Re
ges et principes debeant aliqua deſiderare ⁊
abbominari·uidendum eſt quomodo debeāt
amare et odire·Uidemus aūt in ſingulis arti
bus ut probatur prīo poli·ꝙ finis appetitᷣ in
infinitum·Ea aūt que ſunt ad finē appetuntᷣ
ſm modū et menſurā ipſius finis·ut medicus
intendit inducere ſanitatem·inquantū pōt
maiorē ⁊ meliorē·qꝛ ſanitas in arte medicine
intenditᷣ ut finis·potionē aūt et flebotomiā
nō intendit quanto maiorē pōt·qꝛ tunc exter
minaret infirmū:ſed intēdit ſm modū et mē
ſurā ſanitatis·cū ergo in arte regnādi et ꝑnci
pādi ꝑncipalr̄ et finalr̄ intendatᷣ ſalus regni
et ꝑncipatus ſicut in arte medicandi ꝑncipali
ter intenditᷣ ſanitas corpis·naturaliter decet
reges et ꝑncipes intendere et amare bonū re
gni et cōe·quare ſi deſideriū debet menſurā
ſumere ex amore·pricipaliter reges et princi/
pes debēt deſiderare bonū ſtatum regni·ut ꝙ
qui in regno ſunt bene ſe habeant ad diuina
ꝙ agant opa uirtuoſa·ꝙ ſint in eis pax et trā
quillitas:ꝙ inter eos debita ſeruetᷣ iuſtitia ⁊
cetera talia a qbus per ſe et eſſentialr̄ depen/
det bonus ſtatus regni·alia aūt deſiderarᷣ de/
bent ut habent ordinē ad iſta·diuicias ergo ⁊
ciuilē potētiā et cetera talia bona in tm̄ deſi/
derare debēt inquantū per ea poſſunt coher/
cere malos punire iniuſta·et facere talia a qui
bus regni ſalus fieri uidetᷣ·¶Uiſo quare ⁊
qūo reges et ꝑncipes deſiderare debent·qꝛ ſi
cut debent amare prīo et ꝑncipaliter bonum
diuinū et cōe:et alia aūt ſunt deſideranda ut
ordinantᷣ ad iſta·De leui ergo patere pōt que
et qualia abbomīari debēt·qꝛ pricipaliter ſunt
abbominādo que expreſſius contradicūt bo/
no diuino et cōi·alia aūt abbomīanda ſunt ex
cōſequēti·Hmōi aūt abbomīationē et deſideriū
tanto magis decet reges et pricipes:q̄to ma
gis eos decet habere curā de bono regni ⁊ cōi
que ſunt aūt illa que regnū conſeruant in bo
no ſtatu·et qūo rex ſe debeat habere ad ipſum
regnū·in tertio libro diffuſius oſtendetur·

## Qūo reges ⁊ ꝑncipes ſe habere de beant circa ſpem et deſperationem Caplm̄·v·

Uꝫ determīauim⁹ de ordīe paſſionū
aīe:dixim⁹ ꝙ amor et odiū erāt paſ/
ſiones prīe·deſideriū uero ⁊ abbomīa
tio erāt paſſiōes ſecūde·poſt has aūt tertio lo
co collocāde erant ſpes ⁊ deſpatio·Reſtat ꝯo
uidere qūo reges et ꝑncipes ſe hr̄e dēant circᷣ
ſpem ⁊ deſpatiōꝫ·Sꝫ ſi ꝯſiderentᷣ dcā prehīta
nō ē difficile ſcire qūo reges ⁊ ꝑncipes ad hoc
ſe hr̄e dēant·Dicebatᷣ enī ſupra ꝙ eos eſſe de
cet humiles et magnanimos·cum ergo hūili
tas moderet ſpem·quia humiles cognoſcētes
defectū propriūꝫ non ſperāt ultra q̄ꝫ debeant
¶Magnanimitas uero reprimit deſperationē
qꝛ magnanimi propter difficultatē opis non
deſperant·ſi reges et pricipes fuerint hūiles
et magnanimi ſperabūt ſperanda:ꝓpter ma/
gnanimitatē:et non ſperabunt nō ſperanda·
propter humilitatē·Poſſumus aūt quadrupli
citer oſtendere ꝙ decet reges et pricipes decē
ter ſe habere circa ſpem:et ſperare ſperanda:⁊
aggredi aggredienda·Nam ſi reges nihil ſpe
rarent:et nihil aggrederentᷣ eſſent puſillani
mes:et non debite pertractarent negocia reg
ni·Sunt aūt in ſpe ut cōiter ponitur·iiij·con
ſideranda:propter que arguere poſſumus:ꝙ
decet reges et principes eſſe bene ſperantes·
ſpes enim primo eſt de bono·nam de malo nō
eſt ſpes:ſed timor·Secundo de arduo·Naꝫ lꝫ
quodcūqꝫ bonum poſſit eſſe amor uel deſide/
rium·ſpes tñ eſſe non habet·niſi circa bonū
arduum·nullus enim ſperare dicitur niſi ſibi
uideatur eſſe bonum arduū et difficile·Ter
tio ſpes habet eſſe circa bonum futurum·de p̄
ſentibus enim bonis non eſt ſpes·licet poſſit
eſſe gaudium ⁊ delectatio·Quarto ſpes hꝫ
eſſe circa bonum poſſibile·qꝛ circa īpoſſibile:
nullus ſperat:ſed deſperat·Hec aūt·iiij·uide/
licet bonum:arduum:futurū:et poſſibile·po/
tiſſime cōpetere debent regibus et principib⁹
Nam cum reges ⁊ principes ſint latores legū
quia ſm Phūm proprie ſpectat ad reges ⁊ pn
cipes leges ponere·ſpectat ad eos ſperare bo/
num·Rurſus qꝛ principale intentum a legis
latore et a lege ut ſupra oſtendimus: debet eſ
ſe bonum diuinū et cōmune:cum talia ſint bo
na excellentia et ardua·non ſolum ſpectat ad
reges et principes tendere in bonum:ſed etiā
miliati et defecerunt: Sicut ergo deficiunt in
eis humores et vita. ſic deficit in eis cor:et ſūt
puſillanimes. Sunt etiam timidi. quia ut dici
tur ſecundo rethoricorum. Jnfrigidatio pre/
parat viam formidini. Nam ſecundum philo/
ſophum: Quicunqꝫ naturaliter ſic diſponitur
prout diſponitur exiſtens in aliqua paſſione
naturaliter paſſionatur paſſione illa. Cum er
go timidi efficiantur frigidi. Quicūqꝫ eſt na/
turaliter frigidus ſequitur ꝙ ſit naturaliter
formidoloſus. Sequitur ergo ſenes eſſe na/
turaliter timidos. quia deficit in eis natura/
lis calor. et habent membra naturaliter frigi/
da. ¶ Quarto ſunt illiberales: quod triplici/
ter contingit. Primo ex defectu vite. Secūdo
ex experientia temporis. Tertio eo ꝙ non vi/
uunt ſpe: ſed memoria. Anima enim ut pluri/
mum ſequitur complexiones corporis. Sicut
ergo ſenes in proprijs corporibus deficiunt
in humoribus et in vita. Sic videtur ipſis ꝙ
omnia eis deficiant. Timentes ergo defectuꝫ
pati ſunt illiberales. ut non audent expendere
immo videntes ſic ſe deficere: non confidunt
de proprijs viribus. ſed ſolum confidunt de
hiis que habent. Ponentes ergo in eis ſuam
ſpem et confidentiā: non audent expenſas fa
cere. ¶ Rurſus illiberales ſunt ex experientia
temporis. quia enim multis annis vixerunt:
credibile eſt eos fuiſſe paſſos indigētias mul
tas. Timentes ergo indigentiam pati: illibe/
rales ſunt. Contingit etiam eos illiberales
eſſe: quia magis viuunt memoria q̃ꝫ ſpe. Co/
gitant enim ſe multum vixiſſe in preterito: et
parum victuros in futuro. Jdeo quia memo/
ria eſt preteritorum: et ſpes eſt futurorum: nō
viuunt ſpe: nec confidunt de hiis que debent
acquirere in futuro. ſed viuunt memoria: ⁊ cō
fidunt de hiis que acquiſiuerunt in preterito.
quare non confidentes de acquirendis ſunt
illiberales. et acquiſita non de facili tribuunt
¶ Quinto ſunt male ſpei. nihil enim bene ſpe/

rant: ſed circa omnia deficere credunt. Cauſa
autem huiuſmodi aſſignata eſt in precedenti
bus. Nam ſi ſpes eſt futurorum: et memoria
preteritorum: et ſenes multuꝫ vixerunt in pre
terito et parum credunt ſe viuere in futuro:
ſenes in ſperando deficiunt: et modica ſe cogi
tantes facturos. non enim viuunt nec delectā
tur in ſperando: ſed in memorando. Huiuſmo
di autem ſignuꝫ eſt: quia quilibet libenter tra
ctat ea in quibus delectatur. Videmus auteꝫ
ꝙ cum ſenes adinuiceꝫ congregantur ſemper
recitant res geſtas: quas fecerunt. non autem
delectātur in recitando res fiendas: quas ſūt
facturi. eo ꝙ videant ſe multa feciſſe: et cogi/
tent ſe pauca facturos. Sunt ergo difficilis
ſpei. quia in ſperando deficiunt: et pauca ſe fa
cere ſperant. ¶ Sexto ſenes ſunt inuerecundi
et inerubeſcitiui. Nam ſenes quia illiberales
ſunt magis curant de vtili q̃ꝫ de honeſto. Ma
gis enim ſtudent ad vtilitatem q̃ꝫ ad ea que
requirit honoris ſtatus. vt vult philoſophus
ſecundo rethori. Verecundia ergo cum ſit ti/
mor inhonorationis: non competit ſenibus.
quia magis curant de vtili q̃ꝫ de honore. To
ta enim cauſa quare quis eſt verecundus. ut
vult philoſophus eſt. quia vult haberi in ho/
nore et vult reputari. Senes autem ſic defici/
unt in vita et in humoribus et in calore natu
rali. ſic deficiunt in animo ⁊ non curant repu
tari. quare contingit eos eſſe inuerecundos.
Poſſet autem vna cauſa aſſignari que quaſi
cōmunis eſt ad omnia tacta. Dictum eſt enim
ſenes eſſe frigidos. Frigidus enim omnia cō
ſtipat et conſtringit: et conſtringendo ea red/
dit ipſa grauiora et facit ea appetere inferio/
rem locum. Videmus enim ꝙ elementa frigi/
da et grauia: in inferiori loco collocantur. Ca
lida vero et leuia in ſuperiori. Senes ergo qꝛ
frigidi ſunt ex frigiditate conſtipantur et re/
trahuntur in ſeipſis: et redduntur immobiles
ut nihil audeant uel credant: nihil ſperent. et
ut non curent excellere: ne curent reputari.
quia frigidi non eſt appetere locum ſuperio/
rem ſed inferiorem. ¶ Viſo qui ſunt mores ſe
num vituperabiles. de leui patere poteſt: quo
modo reges et principes. ad huiuſmodi ſe de/

beant habere. Naꝫ conſtat ꝙ licet reges et prin
cipes non debeāt eſſe in omnibus de facili cre
ditiui ut pueri. non tamen decet eos eſſe īcre/
dulos: ſed conſideratis conditionibus perſo/
narum: debent adhibere fidem hijs que eiſ di
cuntur ſcḋm dictamen et ordinem rationis.
¶ Secundo non decet eos eſſe ſuſpicioſos: ut
omnia referant in deteriorem partem. quia ex
hoc contingeret eos eſſe ſeueros et immiſera/
tiuos: et incurrerent maliuolentiam ſubdito/
rum. ¶ Tertio non decet eos eſſe timidos et
puſillanimes. immo fortes et magnanimos.
quia cum negocia reſpicientia totum regnuꝫ
circa que reges et principes inſudare debent:
ſint magna et ardua oportet eos eſſe fortes
et magnanimos. ¶ Quarto deteſtabile eſt ip
ſos eſſe illiberales. Nam ſupra cum de virtu/
tibus tractabatur: ſufficienter oſtenſum fuit:
ꝙ non ſolum decet reges et principes eſſe li/
berales faciendo mediocres ſumptus: ſed eti/
am congruit eos eſſe magnificos magnifica
faciendo. ¶ Quīto oportet eos eſſe bone ſpei
quia ſi in omnibus ſe crederent deficere: ni/
hil attemptarent et periclitaretur regnum.
¶ Sexto non decet eos eſſe inuerecundos eo
modo quo ſenes exiſtunt: ut ꝙ non curent de
honoris ſtatu. et ꝙ magis ſtudeant circa vti/
lia q̃ꝫ opera honore digna. Non decet tamen
eos verecundari. quia indecens eſt ipſos ope/
rari turpia: ex quibus verecundia conſurgit.

Q(ui) mores ſenum ſunt laudabiles.
et qui ſunt mores eorum qui ſunt
in ſtatu. et qualiter reges et princi
pes ad huiuſmodi mores debeant
ſe habere. Caplm. iiij.

Oſitis moribus ſenum vituperabili
bus. Reſtat enumerare mores ipſorum
laudabiles. Videtur autem philoſo/
phus ſecundo rethori. circa ſenes tangere qua
tuor mores: qui poſſunt eſſe laudabiles. Pri/
mo enim ſenes habent concupiſcentias remiſ
ſas et temperatas. Secundo ſunt miſeratiui.
Tertio dubia non pertinaciter aſſerunt.

Quarto nihil agunt valde. Cōcupiſcentie enī
ſenum: et maxime circa venerea ſunt modera
te et temperate. qꝛ ut ſuperius dicebatur. Cor
pore exiſtente calefacto fit incitatio venereorum
et cōcupiſcentie. ergo per locum ab oppoſitis
corpe exiſtente infrigidato fit remiſſio vene/
reorum et concupiſcentiarum. Conſtat enim ꝙ
concupiſcens venerea per appetitum: in alia
ſe extendūt. Hoc autem eſt contra rationē fri
gidi. Nam frigidi ſcḋm ꝙ hmōi non proprie
ſe extendit in alia: ſed magis cōſtringit̃ in ſe/
ipſo. Senes ergo ratione frigiditatis cōſtrin/
guntur in ſeipſis ut habeant concupiſcentias
remiſſas et moderatas. ¶ Ex hoc auteꝫ appa
rere poteſt quomodo ſenes ſunt illiberales. nā
cum per illiberalitatem contingit peccare du
pliciter. Primo ſi vltra q̃ꝫ ratio dictet teneat
qḋ habet. Secundo ſi preter rationeꝫ cōcupiſ
cat habere qḋ nō habet. Senes magis peccant
per illiberalitatē in retinendo que habent: q̃ꝫ
in ꝯcupiſcendo indebite que nō habent. quia
per frigiditatē magis conſtringuntur in ſeip
ſis q̃ꝫ ſe extendāt ad alia. cū enī nulla ſit actio
anime in qua nō vtat̃ aliquo mō organo cor/
poreo. Sicut in opere artificiali variato orga
no fit variatio opis. Sic et in actōibus anime
corpe tranſmutato: anima ſeqt̃ cōplexiones
corpis et fit variatio actionū eius. corpe igit̃
infrigidato aīa per appetitū inclinat̃ ut ſeq̃/
tur modū frigidi. et qꝛ frigidū reſtringitur et
condenſat̃: et remittitur in ſeipſo. Jdeo ſenes
ratione frigiditatis concupiſcentias habēt re
miſſas. ut vult phūs. ij. reth. ¶ Secūdo ſenes
ſunt miſeratiui. ſed ut phūs ait. nō ꝓpter eā
dē cām miſeratiui ſunt ſenes et iuuenes. Ju/
uenes enī miſeratiui ſunt ꝓpter amiciciā. ſenes
aūt ꝓpter ībecillitatē. qlibet enī miſeret̃ ſup
amico ⁊ ſup eo quē credit indigne pati. Juue/
nes ergo qꝛ ſunt amatores amiciciarum: ⁊ qꝛ ſua
innocētia alios mēſurāt exiſtimāt oēs bonos
eſſe. q̃re ſi patiant̃: putāt eos īdigne pati. pro
pter qḋ de facili miſerent̃. ſenes vero nō ſunt mi
ſeratiui. qꝛ credāt alios bonos eſſe. uel qꝛ ſint
amatiui amiciciarum. ſꝫ qꝛ qlibꝫ cū eſt ī becillita
te. uel in defcū deſiderat ut alij ꝯpatiant̃ ei: et
miſerent̃ eius. ꝓpter qḋ et ipſi de facili incli/

nantur: ut miſereantur et compatiantur alijs. Senes ergo propter imbecillitatem: quia vellent ſibi alios compati et miſereri: de facili cō patiuntur et miſerentur alijs· ¶ Tercio nihil dubium pertinaciter affirmāt· Nam ut ait philoſophus ſecundo rethori· quia ſenes vixerunt multis annis: et viderunt ꝙ ſepe ſunt decepti: non audent pertinaciter aliquid aſſerere· timentes ne ita res ſe habeat et decipiantur· Ideo philoſophus ait: ꝙ ſenes omnia dubie ſententiant et ſemper apponunt ibi: quaſi uel forte· et nihil fixe pronunciant· cum enim ab eis queritur de aliquo negocio dicunt forte ſic eſt· uel quodammodo ita erat: timentes enim decipi nihil firme ſententiant·

¶ Quarto nihil agunt valde: ſed in omnibus operibus ſuis videntur eſſe temperati· Nam ſicut iuuenes quia in eis habundant concupiſcentie et paſſiones in omnibus tenent extremum: et omnia agunt valde· Sic ſenes qꝛ habent paſſiones et concupiſcētias remiſſas ut plurimum agunt omnia moderate·

¶ Viſo qui ſunt mores iuuenum et ſenum· de leui apparere poteſt: qui ſunt mores eorum: qui ſunt in ſtatu· Nam illi qui ſunt in ſtatu ꝛ ſunt medij inter ſenes et iuuenes ut vult philoſophus ſecundo rethori· Habent quicquid laudabilitatis eſt in ſenibus uel in iuuenibus· Nam ipſi qui nec ſunt nimis percalidi: ut iuuenes· nec infrigidati: ut ſenes· nec ſunt ſic animoſi et preuolantes· non ſunt ſic timidi et puſillanimes: ut ſenes· ſed tenentes medium inter vtroſqꝫ: ſunt timidi· vbi eſt timendum· et audaces: vbi eſt audenduꝫ· Sic etiam quia nec ſunt omnino inexperti: ut iuuenes· Nec ſunt in tot decepti: ut ſenes· Nec omnibus credunt quod faciunt iuuenes: propter inexperientiam· nec omnino diſcredunt: quod faciunt ſenes: eo ꝙ ſint in multis decepti: ſed habent ſe medio modo· Ideo dicitur ſecundo rethori· ꝙ qui ſunt in ſtatu: nec ſunt omnibus credentes: nec omnibus diſcredentes· ſed iudicantes magis ſecundum veritatem· Amplius· quia ſunt medij inter ſenes et iuuenes· Nec ſunt intemperati: ut iuuenes· nec ſunt formidoloſi et īuiriles: ut ſenes· ſed ut dicitur ſecundo rethoricorum: Sunt viriles cum temperantia: et tēperati cum virilitate· Ut ergo ſit ad vnum dicere quicquid laudabilitatis: et in ſenibus uel in iuuenibus: totum reperitur in hijs qui ſūt in ſtatu· Et quicquid vituperabilitatis eſt in eis totum remouetur ab illis· Nam ut ſupra pluries dicebatur: ſemper extrema ſunt vituperabilia: et medium eſt laudabile· Si ergo in ſenibus uel in iuuenibus eſt aliquid laudabile: hoc eſt: quia non omnino recedunt a medio· Si autem eſt in eis aliquid vituperabile· hoc eſt: prout eſſe habent in extremo· Quare ſi quicquid medij eſt in ſenibus uel iuuenibꝰ totum peramplius et perfectius reperitur in hijs qui ſunt in ſtatu: quicquid laudabilitatis eſt in eis: totum repiri debet in hijs qui ſunt in ſtatu· Rurſus quia quicquid extremitatis eſt in eis: remouetur ab eis qui ſunt in ſtatu· Et q̄cquid vitupabilitatis eſt in illis: remouetur ab hijs qui ſunt in ſtatu· Sic ergo loquendum eſt de moribus hominum· non tam̄ intelligenda ſunt talia omnino neceſſitatem habentia: ut ꝙ ſenes non poſſunt eſſe liberales et magnanimi· et ꝙ iuuenes non poſſint eſſe temperati et ſtabiles· Sed intelligenda ſunt ſecundum quandam pronitatem et inclinationem· quia ſecundum curſum naturalem et ſecundum ordinem quem videmus iuuenes et ſenes: et illi qui ſunt in ſtatu quandam pronitatem et inclinationeꝫ habent ad mores eis conuenientes: ut eſt per habita manifeſtum·

¶ Hijs viſis: de leui patere poteſt: quomodo reges et principes ad huiuſmodi mores debeant ſe habere· Nam mores laudabiles ſenum: ſecundum ꝙ huiuſmodi ſunt eos habere decet· Nam cum reges et principes magis debeant viuere ratōe q̄ꝫ paſſione· decet eos habere concupiſcentias temperatas· quia ut ſupra dicebatur: concupiſcentie ſi vehementes ſint rationem percutiunt· Decet etiam eos eſſe miſeratiuos non propter defectū: uel propter imbecillitatē· ſed propter bonum regni: et ut magis amentur ab hijs qui in regno ſunt· Nam totum regnum ad dilectionem regis prouocatur ſi viderit ipſum eſſe clementem et miſericordē· ¶ Tertio nō decet reges et prin· dubia pertinaciter in alteram partem aſſererē: ne ꝑ hoc iudicentur leues et indiſcreti·

¶ Quarto in ſuis actiōibus debet habere moderationem et temperamentum· quia ut dcm̄ eſt· ipſi eſſe debent forma viuendi et regula· aliorum· Senum ergo et iuuenum aliqui mores ſunt imitandi· aliqui fugiendi· Sed eoruꝫ qui ſunt in ſtatu quodāmodo omnes mores ſunt imitandi· Dicimus autem quodāmodo· quia ſicut ſenes et iuuenes habent quandam pronitatem naturalem et inclinationem ad mores vituperabiles· poſſunt tamen contra illam pronitateꝫ facere conſequi laudabiles mores· Sic et illi qui ſunt in ſtatu· et ſi de ſe pronitatem habent ad mores laudabiles: poſſunt tamen contra iſtam pronitatem facere· ut per corruptionem appetitus ſequātur vituperabiles mores· quare ſi dignum eſt dominari rationi et intellectui· decet reges et principes qui alijs dominantur· ſequi mores laudabiles: ſecundum dictamen et ordinem rationis·

Qui ſunt mores nobilium· et quomodo reges et principes ſe habere debeant ad illos mores·

Capl̄m· v·

Rout ad preſens ſpectat dicere poſſumus ipſorum nobilium eſſe quatuor mores laudabiles· Primo enim ſunt magnanimi· Secundo magnifici· Tertio dociles et induſtres· Quarto ſunt pollitici et affabiles Sunt enim nobiles magnanimi· Nam nobilitas ut dicitur ſecundo rethori· idem eſt ꝙ virtus generis· Ex hoc enim aliqui dicuntur eſſe nobiles· quia proceſſerunt ex genere nobili· Genus autem honorabile dicitur: ut vult philoſophus ſecundo rethori· Si ab antiquo ex illo genere proceſſerunt multi preſidens: et multi inſignes· Virtus autem generis quam dicit philoſophus nobilitatem eſſe· nihil eſt aliud q̄ꝫ eſſe ex aliquo genere: uel ex aliqua proſapia: in qua etiam ab antiquo fuerūt multi principantes et multi inſignes. Sic ergo ſentiendum eſt de nobilitate· veruꝫ quia ſm̄ cōmunem opinionem hominū omnia mēſurantur nūmiſmate· et diuicie videntur eſſe preciū rei cuiuſlibet· ex hoc ꝙ aliqui ſunt diuites reputantur digni principari: et eoipſo creduntur eſſe inſignes et honore digni· quia ergo ſic eſt nobilitas: ſm̄ cōem acceptionē hominum nihil eſt aliud q̄ꝫ antiquate diuicie· quia ergo nobiles ex antiquo fuerunt preſides: et in ſuo genere fuerunt multi inſignes et diuites: eleuatur cor nobilium ex exemplo parentum ut tendant in magna: et ſint magnanimi· Naturale eſt enim ꝙ ſemper effectꝰ vult aſſimilari cauſe· cum filij ſint quidam effectꝰ parentum· Naturale eſt filios imitari parentes· Nobiles ergo aduertentes ꝙ in eorum genere fuerunt multi inſignes et tendentes in ardua: ut imitentur parentes affectāt magna et contingit eos eſſe magnanimos· ¶ Secundo nobiles non ſolum ſunt magnanimi et magni cordis· ſed etiam ſi adſit facultas ſunt magnifici et facientes magna· Nam ceteris paribus ſemper filij ſunt nobiliores parentibus· Nam ut dictum eſt nobilitas idem eſt ſecundum communeꝫ acceptionem ꝙ antiquate diuicie· uel ꝙ virtus et honorabilitas generis· Genus autem alicuius maxime reputatur honorabile: ſi ab antiquo affluebat diuicijs· cuꝫ ergo ſemper ſit dare inicium: in quo genitores alicuius ditari inceperunt· quantomagis proceditur per creationem filiorum: tanto minus eſt memoria genitores ſuos fuiſſe pauperes· ideo ſemper augmentatur nobilitas: et ſēper ſunt magis ātiquate diuicie in filijs q̄ꝫ in parentibus· quare cum nobilitas ſemper inclinet animum nobilium ut faciant magna ſequitur nobiles eſſe magnificos: etiam magis q̄ꝫ parentes· quia quodammodo ſunt nobiliores illis· Ideo nobiles non ſolum ſunt magnifici· ſed etiam nituntur maiora facere q̄ꝫ parentes· Unde Philoſophus quarto Rethoricorum ait· Qꝛ magnanimos et magnificos decet eſſe nobiles et glorioſos· Vult enim ibideꝫ ꝙ nobiles ex ſua nobilitate incitantur ut ſint magnanimi et magnifici·

¶ Tertio nobiles ſunt dociles et īduſtres· qꝛ duplici de cā ↄtingit· Una ſumit̄ ex nutrimto

ex ex cuſtodia corporis· Alia vero ex ꝯuerſatio-
ne et ſocietate quadam aliorum· cum enim no-
biles cum magna diligentia nutriantur: et cū
magna cura proprium corpus cuſtodiant· Ra-
tionabile eſt eos habere corpus bene diſpoſi-
tum et bene complexionatum· Cum ergo mol-
les carne: aptos mente dicamus· ut vult Phi-
loſophus ſecundo de anima: Contingit nobi-
les habere mentem aptam: et eſſe dociles et
induſtres· quia in eis viget carnis mollicies:
et bonitas complexionis· Rurſus hoc idem
contingit ex conuerſatione et ſocietate alio-
rum· Nobiles enim: quia multos habent re-
ſpicientes ad eos: et ſic conſiderantes eorum
facta incitantur ut ſint viri meditatiui ſubti-
liter inueſtigantes: quid decet eos facere ne
opera eorum que multi deſiderant repreben-
ſibilia videantur· quare contingit eos ex dili-
genti conſideratione ſuorum agibilium eſſe
dociles et induſtres· Ex hoc autem apparere
poteſt: quanto odiendi ſunt adulatores: om-
nia aliorum facta commendantes· Cum enim
nobiles non reprebenduntur· ſed ab adulato-
ribus etiam eorum mala facta commendan-
tur: diſponuntur: ut ſeipſos ignorent: ⁊ ſequā-
tur voluptatem: non rationem· Maxime ergo
nobiles fiunt dociles et induſtres: ſi timen-
tes reprebenſibilia facere: diligenter conſide-
rent quid agendum·

¶ Quarto nobiles contingit eſſe pollitricos:
et affabiles· Nam quia ut plurimum in curiis
nobilium conſueuit eſſe magna ſocietas· quia
ut plurimum in ſocietate vixerunt· Sicut enī
ruſtici quia quaſi ſolitarij viuunt: fiunt rudeſ
et ſilueſtres· Sic nobiles econtrario: vita ſo-
ciali viuentes fiunt ſociales et affabileſ· Hos
autem mores qui poſſunt eſſe boni et lauda-
biles: quomodo habere oporteat reges et prin-
cipes in antehabitis ſufficienter eſt dictum·
¶ Diximus enim ſupra cum de virtute tracta-
uimus· quomodo decet reges et principes eſ-
ſe magnanimos: quomodo magnificos· quo-
modo prudentes et dociles· et quomodo affa-
biles et ſociales· ¶ Viſo qui mores nobilium
ſunt laudabiles· Videre reſtat qui mores ſunt
vituperabiles· Narrat autem philoſophus ſe-
cundo retboricorum· Quos mores vitupera-
biles: quos dicit competere ipſis nobilibus·
Nobiles enim ſunt nimis bonoris appetitiui
¶ Secundo ſunt progenitorum deſpectores·
Naturale eſt enim ꝙ quilibet vult accumula-
re ad id quod habet· Ideo qui incipiunt dita-
ri volunt fieri ditiores· Et qui ſunt bonora-
biles: volunt eſſe bonorabiliores· Nobiles er-
go: quia ex ſuo genere videntur eſſe bonorabi-
les· ideo volunt accumulare ad id quod habēt
et volunt fieri bonorabiliores· ideo ſunt ni-
mis bonoris appetitiui· ¶ Secundo ſunt ela-
ti et deſpectores progenitorum· ut plurimum
enim nobiles maiores ſe reputant q̄ꝫ patres
ſuos· quod ideo contingit: quia ſemper· nobi-
litas longe facta eſt maior q̄ꝫ propinqua· quia
ſemper eſt magis antiqua· Eſſe autem elatos
et deſpicere ſuos progenitores: et nimis eſſe
bonoris cupidi: videtur eſſe mali moris· Non
enim debemus appetere ipſos bonores in ſe:
quia hoc faciunt elati et ſuperbi: ſed debemus
appetere opera bonore digna· quod faciunt
virtuoſi et magnanimi· Reges ergo et princi-
pes cum non poſſint naturaliter dominari:
niſi ſint boni et virtuoſi· decet eos ſequi bo-
nos mores nobilium· ut ſint magnanimi et
magnifici· Prudentes et affabiles: et fugere
maloſ mores ut non ſint elati alios deſpicien-
tes·

## Quot ſunt mores diuitum· et quo modo Reges et principes debeant ſe habere ad mores illos· Caplm· vi·

Narrat autem philoſophus ſecundo
retboricoꝝ· quinq̄ꝫ maloſ mores ip-
ſorum diuitum· Diuites enim pri-
mo ſunt elati· Secundo contumelioſi· Tertio
ſunt molles et intemperati· Quarto ſunt ia-
ctatores alios deſpicientes· Quinto autem re-
putant ſe dignos principari·
¶ Sunt enim diuites elati· Nam ut Philoſo-
phus ait· Ideo ſic diſponuntur: quia haben-
do diuicias aliquas: credunt ſe acquiſiuiſſe
omnia bona·

Unde et ſecundo Retboricorum dicitur ꝙ di-
uicie ſunt quaſi quoddam precium et quedaꝫ
dignitas aliorum· videtur enim eſſe in com-
muni oppinione vulgarium omnia menſura-
ri nūmiſmate: et omnia eſſe appreciabilia pre-
cio denariorum· Habentes ergo nūmiſmata:
eſtimant ſe habere omnia bona: eo ꝙ reputēt
pecuniam eſſe dignitatem et precium omni-
um aliorum· quare in cordibus ſuis efficiun-
tur ſuperbi et elati: credentes omnibus excel-
lentiores eſſe· Secundo diuites ſunt contume-
lioſi· Nam ſi ſunt elati et volunt videri eſſe ex-
cellentes· cum ex hoc quis excellere videatur:
ſi poteſt alijs contumeliaſ inferre· Diuites ut
videantur alijs preferri: et ut appareat eos eſ-
ſe excellentiores illis: mouentur ut aliis con-
tumeliaſ inferant· ¶ Tertio diuites ſunt mol-
les et intemperati· qꝺ eis contingit ex delici-
is viuendi· Aſſueti enim ſunt viuere adeo de-
licate: ꝙ nō poſſunt aliquas moleſtias ſuffer-
re· Ideo ſtatim compaſſionantur: ruunt et fi-
unt inſecutores paſſionum: non valentes paſ-
ſionibus reſiſtere· quia aſſueti ſunt viuere de-
licate: et ſine moleſtia· quare non ſunt viriles
et temperati· ſed magis ſunt muliebres: ſiue
molles: et inſecutores paſſionum· ¶ Quarto
diuites ſunt iactatores et deſpectatores alio-
rum· Nam ut innuit Philoſophus ſecundo re-
tbori· Maximum incitamentū habent· ut ſint
tales· Nam quia etiam ſapientes contingit in-
digere bonis diuitum· Contingit ut diuites
in ſuis cordibus eleuentur: deſpicientes ali-
os: et credentes ſe eſſe ſuper eos· eo ꝙ vide-
ant illos indigere bonis eorum· Recitat enim
philoſophus ſecundo retbori· ꝙ cum queſituꝫ
fuiſſet a muliere quadam: vtrum eſſet melius
fieri diuitem q̄ꝫ ſapientem· Reſpondit· ꝙ ma-
gis videbat ſapientes frequentare ianuas di-
uitum: q̄ꝫ diuites ianuas ſapientum· Diuicie
ergo eo ꝙ ſint magis ſenſibile bonum: a vul-
garibus qui non cognoſcunt: niſi bona ſenſi-
bilia: reputatur bonum excellens ⁊ maximum.
ita ut diuicias bonis alijs preferant·
¶ Quinto diuites reputant ſe dignos prin-
cipari· Nam ut philoſophus ait· Habere eniꝫ
putant id ꝙ quis efficitur dignus principari

Credunt enim ꝙ dignitas principatus ſint
diuicie· Videtur enim eis diuicias eſſe tantū
bonum: ꝙ quicunq̄ꝫ hoc bono affluit: dignus
ſit principari· Omnes ergo hij mali mores di-
uitibus competunt: eo ꝙ decipiantur circa di-
uicias: credenteſ eas eſſe maius bonum quaꝫ
ſint· ¶ Decet ergo reges et principes hos ma-
los mores fugere· Nam ſi diuiciis affluunt:
non debent propter hoc extolli: Nec propter
hoc credere debent ſe eſſe dignos principari·
Nam dignitaſ principatus principaliter inni-
titur virtutibus et prudentie: que ſunt bona
interiora· non autem principaliter innititur
diuiciis: que ſunt bona exteriora· Diuicie er-
go ſi ordinentur ad opera virtuoſa: deſeruiūt
felicitati noſtre: et ſunt organa ad ipſam: ⁊ fa-
ciunt ad quandam eius claritatem· Sed ſi or-
dinentur ad iactantiam: uel ad contumeliam
uel ad intemperantiā: uel ad alia opera vicio-
ſa· tunc magis reddunt homineꝫ infelicem q̄ꝫ
felicem· Reputatur ergo quis dignus princi-
pari: ſi ſit bonus et prudens: non ſi diuiciis
affluat· quare Reges et principes non ſunt di-
gni principari: niſi fugiant malos mores ipſo-
rum diuitum· ⁊ niſi ſuas diuicias ordinent ad
bonum: et ad opera virtuoſa·
¶ Viſo qui ſunt mali mores diuitum· et ꝙ de-
cet reges et principes fugere tales mores· vi-
dere reſtat: qui ſunt boni mores eorum· Phi-
loſophus autem ſecundo retboricorum· ſolum
vnum bonum morem videtur diuitibus attri-
buere· videlicet ꝙ bene ſe habent circa diuina
Diuicie enim quia videntur eſſe bona fortu-
ne: non videtur ſufficere induſtria humana:
ad hoc ꝙ aliquis fiat diues· Videmus autem
aliquando homines magis induſtres minus
ditari· quia ergo ſic eſt acquiſitio diuiciarum
ut dicitur ſecundo retboricorum· Attribuen-
da eſt fato et ordinationi diuine: magis q̄ꝫ ſa-
gacitati humane· Digne ergo diuites circa di-
uina bene ſe habere debent· Hoc eſt ergo qꝺ
dicitur ſecundo retboricorum· Ꝙ vnus opti-
mus mos aſſequitur diuites: quando bene ſe
habent circa diuina: credentes aliqualiter per
fata· ideſt per ordinationem diuinam habere
huiuſmodi bona·

Hoc autem dictum philoſophicum diligenter
eſt cōſiderandū· Nā diuicias et q̄cunq̃ bona
habemus magis habemus referre in diuinuz
ordinem et in diuinam prouidentiā q̄z in pro
priam induſtriam q̄ ſi hoc bene attenderent
diuites faciendo magnifica circa diuina: non
crederent ſe deo dona largiri· ſed magis cogi/
tarent q̄ ei reddunt qd̄ ab ipſo accipiunt: hūc
autem bonū morem: videlicet bene ſe habere
circa diuina: tanto magis decet reges et prin
cipes quanto ſummo deo iudici de pluribus
debent reddere rationem·

Qui ſunt mores potentum· et qūo
ad mores illos reges et principes
debeant ſe habere·
Caplm· vij·

Obilitas: diuicie: et ciuilis potentia
inter bona exteriora computantur·
non dicunt vnum et idez bonum· cō
tingit eniz aliquos eſſe nobileſ: quia proceſſe
runt ex aliquo nobili genere: qui tn̄ non ſunt
diuites· Sic etiam contingit aliquos eſſe di/
uites qui non ſunt nobiles: q̄r nō proceſſerūt
ex honorabili genere: ſed ſunt nup ditati· Dif
ferunt ergo eſſe nobilem et eſſe diuitem· Dif/
fert etiam eſſe nobilem et eſſe diuitem ab eſſe
potentē· Nam dicit̄ aliquis eſſe potens· q̄r eſt
in aliquo principatu: et habet multos ſub ſuo
dominio: quare cū multos nobiles videamus
eſſe īpotentes et nō poſſe principari: non eſt
idem eſſe nobilem et eſſe potentē· Rurſus vi/
demus aliquos habundare argento et auro: ꝛ
in agris ꝛ vineis qui tn̄ deficiunt in ciuili po
tentia· quia nulli reguntur ſub eius imperio·
quare non eſt idem eſſe diuitem: et eſſe poten
tem· ¶ Viſo ergo qui ſunt mores nobilium et
qui diuitū· Reſtat videre qui ſunt mores potē
tum: Potentes aūt ut vult phūs· ij· retho· om
nino habent meliores mores q̄z diuites· Nar/
rat aūt phūs tria in quibus mores potentum
excedunt mores diuitū· Primo enim potētes
ſunt magis ſtudioſi et magis boni potētes q̄z
diuites· q̄r ſcd̄m phūm coacti ſunt intendere ī
eā que ſunt circa potentatum· Nam qui eſt in
aliquo potentatu: uel in aliquo principatu
quia eſt perſona cōmunis et publica: ad quaz
multi reſpiciunt· Verecundantur omnino de
clinare a medio: et non agere opera virtuoſa
Ipſe ergo principatus quodammodo inducit
hominem ad bonitatem et ad iuſtitiam·
Studioſiores igitur ſunt potentes q̄z diuites
quia coacti ſunt intendere circa opera poten/
tatus: que debent eſſe bona et ſtudioſa· Secū/
do potentes ſunt magis temperati q̄z diuites
Nam cum quis dat ſe exercicio retrahit̄ ab
ocio· et cum dat ſe vni operi retrahitur ab
alio· Diuites ergo ſi non habundent in ciuili
potentia et non cogantur intendere operib⁹
iuſtitie vacant ocio: et de leui inclinantur ut
dent operam rebus venereis: et fiant intem/
perati ¶ Potentes vero ꝛ principantes· quia
oportet eos intendere exterioribus curis re/
trahuntur: ut non omnino poſſint vacare ve
nereis· quare contingit potentes magis eſſe
temperatos q̄z diuites· Tertio potentes mi/
nus contumelioſi ſunt q̄z diuites· Ideo ſcribi
tur ſecundo Retho· Q̄ ſi potentes iniurian/
tur: non iniuriantur in paruis: ſed in magniſ
Potentes et exiſtentes in Principatu· quia
ſunt in loco magno honore digno· non ten/
dunt: niſi in magna et in ardua· Ideo ſi con/
tingat eos alijs iniuriari: non iniuriabuntur
in paruis: ſed in magniſ· Non enim curabunt
facere paruam offenſam: ſed uel in nullo alio
dampnificabunt alios· uel inferunt magnum
dampnum· Minus igitur ſunt contumelioſi
potentes q̄z diuites· quia quamlibet contume
liam inferre non curant· ſed ſolummodo con/
tumelioſi in magnis· Mores diuitum omni/
no peiores q̄z mores potentum uel nobilium
Ideo diuicie ſi eas non concomitentur poten
tatus et nobilitas ut plurimum: magis red/
dunt hominem infelicem q̄z felicem· Qui enī
ſic diues eſt: q̄ nec eſt nobilis: nec eſt in ali/
quo potentatu: ut plurimum: eſt intempera/
tus: et inſenſatus felix· uel eſt inſenſatus for/
tunatus· Diues enim ſi nō ſit nobilis: et non
proceſſerit ex quodam genere antiquo et ho/
norabili: Sed ſit nuper ditatus dicitur eſſe
inſenſatus felix· q̄r neſcit vti diuicijs que ſunt
organa ad felicitatē· uel dicitur inſenſatus for
tunatus q̄r neſcit fortunas ferre· uel neſcit de
bite ſe habere in diuicijs q̄ ſunt bona fortūe·
Ideo dicit̄ · ij · retho· q̄ nup ditatū eſſe eſt ine/
ruditio diuiciaꝝ· qui enī nup ditati ſunt non
ſunt eruditi qūo poſſunt vti diuicijs· propter
qd̄ in eodē· ii· retho· ſcribitur· q̄ mores diuicia/
rū ut in ſūma ſit dicere ſunt mores inſenſati
felicis· ¶ Nobilitas ergo bene aſſociat̄ diuici
is· q̄r qui ſic eſt diues q̄ tn̄ eſt nobilis: ꝛ ab an
tiquo ſui ꝓgenitores diuites extiterūt· meliuſ
nouit diuicias ſupportare et ꝓpter eas nō tn̄
extolluntur· videntur eniz bona ſenſibilia om
nino eſſe cōtraria ſciētiis et virtutibus· Nā di
uicie et ſenſibilia bona prius q̄z hēantur repu
tant̄ maiora q̄z ſint· habita vero vileſcūt· Scie
vero et virtutes mō cōtrario ſe habere videtur
Nā prius q̄z habeant̄ nō reputant̄ tā magna
ſicut poſtq̄z habita ſunt· qui enī guſtare inci/
pit de ſuauitate virtutū et dulcedine ſciaꝝ ſta
tim pcipit ea eſſe maiora bona q̄z crederēt· bo
na ergo ſenſibilia quāto magis habent̄ min⁹
reputant̄· quare cuz ditati ab antiquo magis
aſſueti ſint in diuiciiſ et magis aſſueti eas q̄z
nuper ditati· nō tn̄ reputant diuicias: nec ſic
extollunt̄ ꝓpter illas: ſicut qui de nouo diui/
cias ſuſceperūt· ne igit̄ quis ſit inſenſatus fe/
lix et neſciat fortunas ferre· expedit ut diuici/
as concomitet̄ nobilitas· Diues enī nobilis ē
ab antiquo in oībus ſcit meli⁹ ſe habere q̄z ru
ſticus ex nouo ditatus· Bene ergo dcm̄ eſt q̄
ne diues ſit inſenſat⁹ felix: requirit̄ ut ſit no/
bilis· ſed ne ſit intpatus requirit̄ ut ſit potenſ
q̄r ut dicebat̄ reges potentes· q̄r diuerſis curiſ
intendunt ꝓpter principatū· : nō ita poſſunt
vacare venereis· reges ergo et prīcipes q̄r ut
plurimū his tribus exterioribus⁹ affluūt: vide/
licet diuiciis: nobilitate: potentia· decet eos eſ
ſe eruditos et tpatos· Nam per nobilitatez eo
q̄ ab antiquo habūdauerūt diuiciis ſicut ma/
gis fortunas ferre et circa diuicias ſciunt ma
gis erudite ſe habere· Rurſus q̄r pollent prin
cipatu et potentia· et oportet eos diuerſis cu/
ris intendere retrahunt̄ a venereis ꝛ inducū
tur ut ſint tēperati· Sic ergo ſentiendū eſt de
moribus· quia ſenes iuueneſ et illi qui ſunt in
ſtatu potentes: nobiles et diuites: tales moreſ
habent quales diximus· nō q̄ omnes vniuer
ſaliter tales ſint: et q̄ neceſſe ſit eos tales eſſe
ſed ut plurimū diuitum nobiliuz et alioꝝ ſunt
tales mores quales ſuperius dicebamus· Rur
ſus licet nō ſit neceſſariū eos tales mores ha/
bere: cum multū inclinant̄ et magnā pronita
tem habent ut ſequant̄ predictos mores· Iu/
uenes ergo uel ſenes non indignentur: ſi ali/
quos malos mores de ipſis narrauimus· quia
nullam eis per hmōi mores neceſſitatem im/
ponimus: quin poſſint omnes malos mores
vitare: et ſequi ordinē rationis· Sic etiam nec
nobiles uel diuites indignari debent: ſi ipoꝝ
narrauimus aliquos malos moreſ· q̄r nō opor
tet omnes eſſe tales: ſed ſufficit reperiri illud
in pluribus ꝓnitatem quandā et nō neceſſita
tem per huiuſmodi mores quos in eis ponere
intendebamuſ· ¶ Narratis ergo moribus lau
dabilibus et vituperabilibus ſecundū diuer/
ſas etates: et ſm̄ diuerſos ſtatus· decet omneſ
homines ſequi mores laudabiles: et fugere vi
tuperabiles· Sed tanto magis hoc decet Re/
ges et principes: quanto in altiori gradu ex/
iſtunt· Ipſi enim ut ſuperius dicebatur debēt
eſſe exemplar et regula alioꝝ et forma viuēdi
quicquid ergo laudabilitatiſ eſt in morib⁹ ſin
gulorum: totum debet in ipſis per amplius et
et perfectius reperiri·

Explicit primus liber de regimine
principum·

## Incipit prima pars ſecundi libri: de regimine principum.

**Q**ꝛ naturale eſt homini viuere in ſocietate: ⁊ ꝙ hoc decet reges et principes diligenter aduertere.

**R**ami libri ẽ digeſta materia. quia oſtenſum eſt: in quo reges et prĩcipes debeant ſuam felicitatẽ ponere. quaſ virtutes habere: quas paſſiones ſequi: et quos mores debeant imitari. Per hec enim .iiij. ſufficienter habetur qualiter quilibet debeat ſeipſum regere et qualis debeat in ſeipſo eſſe. Reſtat ergo dicere de regimine familie: ſiue de regimine ipſius domus. Non enim ſufficit: ꝙ Reges et principes ſint boni in ſeipſis: niſi ſint boni quo ad alios: ⁊ niſi ſciãt alios gubernare. nec ſufficit ꝙ reges debite ſeipſos regant: niſi regere ſciant domum: ciuitatẽ: et regnum. ¶ In hoc ergo ſecundo libro determinabitur de regimine domus. ſed cum familia domus ſit cõmunitas quedam. et ſit cõmunitas naturalis ſi de domo determĩare volumus: videndũ eſt quomodo ſe habeat homo ad eſſe cõicatiuum et ſociale. ¶ Sciendum igitur ꝙ homo vltra alia animalia quatuoꝛ indigere videt̃: ex quibus quadruplici via venari poſſumus ipſum eſſe cõicatiuum et ſociale. Prima via ſumitur ex victu quo homo indiget. Secunda ex veſtitu quo tegitur. Tertia ex remotione prohibẽtium per quã ab hoſtibus liberetur. Quarta ex diſciplina et ſignificatione per quã inſtruimur. Sic enim ymaginari debemꝰ ꝙ natura nihil facit fruſtra. ei ergo qđ naturaliter ſit: naturalia ſunt: ⁊ ea ſine quibus non poteſt bene conſeruari in eſſe. Fruſtra eniʒ natura ageret: ſi res naturales nullo modo conſeruarentur in eſſe. ſed ſtatim poſtq̃ʒ eſſent facte: eſſe deſinerent: quare cum viuere ſit homini naturale. omnia illa que faciunt ad bene viuere: ⁊ ſine quibus non poteſt ſibi in vita ſufficere: ſunt homini naturalia. inter alia aũt que faciunt ad ſufficientiã vite humane: eſt ſocietas. naturaliter ergo homo eſt animal ſociabile.

**Q**ꝛ autem ſocietas maxime faciat ad ſufficientiam vite humane. patet̃ poteſt ex hijs .iiij. ſupra enumeratis: quibus homo aliter q̃ʒ cetera animalia indigere videntur. Prima via ſumitur ex ipſo victu quo indiget. Nam homo inter cetera animalia habet meliorem tactum et meliorem cõplexionem. Ideo inter oĩa animalia indiget cibo diligenter et artificialiter preparato. natura enim animalibus alijs quaſi ſufficienter miniſtrat cibum. ut animalibuſ non viuentibꝰ ex rapina. cuiuſmõi ſunt oues boues et cetera talia miniſtrat herbas et fructus. quibus abſq; alia preparatione ſufficiũt ad nutrimentum. Animalibus vero viuentibus ex rapina. ut lupis leonibus: et ceteris talibus adminiſtratur nutrimentum ex ceteris animalibus que naturaliter producũtur. quodãmodo ergo omnibus animalibus alijs natura ſufficienter preparat nutrimentũ. Nam quia nõ habent cõplexionẽ ita puram et ita redactam ad medium: ut homo non indigẽt cibo ita depurato: ut ipſe. quare cibaria aliorũ animaliũ ſufficiunt eis ad vitam: prout ſunt preparata a natura abſq; alia artificiali decoctione uel preparatione. homo vero quia magis habet cõplexionem puram et redactaʒ ad medium: indiget alimento preparato et depurato. Frumentũ ergo quod a natura producitur et ſi eſſet ſufficiens cibus aĩalibus alijs. Homini autem non eſt ſufficiens cibus: niſi preparetur et depuretur. ideo mollitur depuratum ſit inde panis et coquitur: ut ſit hoĩm congruus cibus. et quia ad hec omnia vna ſola perſona non bene ſufficit. ideo ut homo ratione victus ſufficiat ſibi in vita: indiget ſocietate: ut vnuſquiſq; ſuppleat alterius defectũ et quod dictum eſt de frumento: intelligendũ eſt de cibarijs alijs nunq̃ʒ eniʒ homo exiſtẽs ſolus ſufficit ſibi ad habendum congrua cibaria: que requiruntur ad vitam. bene ergo dictum eſt: ꝙ ex parte victuſ quo indigemus homo eſt naturaliter animal ſociale. ¶ Secũda via ad inueſtigandum hoc idem ſumitur ex parte indumentoꝝ: quibuſ tegimur. Naʒ ſicut nõ ſufficienter alijs aĩalibus ꝓuidere videtur in victu. Sic videtur ꝙ eis ſufficienter prouideat in ueſtitu: Beſtie enĩ et aues quaſi naturale indumentũ habere videntur lanam uł pẽnas. Homini aũt nõ ſufficienter prouidet natura in veſtitu. cuʒ enĩ homo ſit nobilioris cõplexionis q̃ʒ animalia alia a frigiditate et ab ĩtẽperie tp̄is magiſ habet offendi q̃ʒ illa. quare cũ habere victum et veſtitũ cõgruat ad vitam humanã: nullus ſibi ſufficiat ſine ſocietate alterius. ſeq̃tur ꝙ homo naturalẽ impetũ habeat ut ſit animal ſociale. neceſſaria fuit cõitas domus: et cõitates alie. cuiuſmodi ſunt cõmunitas ciuitatis et regni. ad hoc ꝙ hoĩes perfecte ſibi in vita ſufficiant. Sed ſi hec ſunt neceſſaria ad cõſeruandã hoĩs naturalẽ vitam: viuere in cõitate et in ſocietate: eſt quodãmodo hõi naturale. ¶ Tertia via ad inueſtigãduʒ hoc idem: ſumit̃ ex remotione ꝓhibentiũ: prout ab inimicis et ab hoſtibus defendimur. natura enĩ aliq̃bus aĩalibus ad ſui tuitioneʒ dedit coꝛnua ut bubalis et bobus. Aliquibus vero dedit dentes: ut lupis et canibus. Aliquibꝰ dedit vngues: ut vrſis et leonibus. Aliquibuſ aũt corpis agilitatem. ut leporibus et capreis Sicut enĩ capree ⁊ lepores ꝙ non per aliã viã poſſunt euadere mortis pericula niſi per corporis agilitatẽ et per fugã. Ideo ſtatĩ cum audiunt ſtrepitũ fugam arripiunt. Sed natura homini tanq̃ʒ excellentiori aĩalium: nõ dedit ad ſui tuitionẽ coꝛnua uł vngues. ſed dedit ei manũ: que ſm̃ phũm .iij. de aĩa. eſt organũ organoꝝ. Naʒ per manũ oĩa organa: quicq̃d ad defenſionẽ facit fabricare valemꝰ. quare ſi naturale eſt hõi deſiderare ꝯſeruationẽ vite: cuʒ homo ſolitarius non ſufficiat ſibi ad habendum congruũ victũ et veſtitũ. et ad fabricãdũ ſibi arma et organa: per que a cõtrarijs defendat̃. Naturale eſt homini deſiderare cõſeruationẽ vite: cum homo ſolitarius non ſufficiat ſibi ad habendum congruũ victum et veſtitũ. et ad fabricandũ ſibi arma et organa: per que a contrarijs defendat̃. naturale eſt ei ut deſideret viuere in cõitate et ut ſit animal ſociale. ¶ Quarta via ſumitur ex parte ſermonis ⁊ diſcipline: per quã inſtruimur. Nam alia aĩalia ſufficienter inclinant̃ ad opera ſibi debita ex inſtinctu nature abſq; inſtructione aliqua precedente: ut aranea ex inſtinctu nature debitã telam faceret: ſi nunq̃ʒ vidiſſet araneas alias texuiſſe. Sic etiã et irundines debite facerent nidum. ſi nunq̃ʒ vidiſſent alias nidificaſſe. et canis ex inſtinctu nature inſtruitur: qualiter ſe debeat habere in partu. ſi nunq̃ʒ vidiſſet canes alias peperiſſe. Mulier aũt cum parit. neſcit qualiter ſe debeat habere in partu: niſi per obſtetrices ſit ſufficienter edocta. quia ergo homo nõ ſufficienter ex inſtinctu nature ĩclinat̃ ad opera ſibi debita. natura dedit ei loquelam ſiue ſermonẽ: ut per ſermonẽ homineſ ſe inuicẽ doceant et vnus ab alio ſuſcipiat diſciplinam. et qꝛ hoc fieri non poteſt: niſi ſimul cum alijs cõuiuamus. Naturale eſt homini ſimul cõuiuere cum alijs et eſſe animal ſociale Unde et phũs .i. poli. Inter alias rationes q̃s tangit probantes hominẽ naturaliter eſſe ſociale animal. potiſſime innitit̃ huic ratiõi: videlicet: ꝙ quia ſermo eſt ad alterũ ut ad ſocioſ ex quo natura dedit homini ſermonẽ: quẽ non dedit aĩalibuſ alijs. ſequitur hoĩem magis naturaliter eſſe animal ſociale q̃ʒ aĩalia cetera. Quare ſi ſic naturale eſt hoĩeʒ eſſe animal ſociale recuſantes ſocietatẽ: et nolenteſ ciuiliter viuere. ut ſupra in primo libro tetigimuſ: ⁊ ut infra tangentur. quare non viuũt ut homineſ uel hoc contingit eis: qꝛ deficiunt a modo humano: et tunc ſunt quaſi beſtie. uel qꝛ modum humanũ excedunt: cuiuſmõi ſunt viri cõtemplatiui. et tunc ſunt quaſi dij. Ideo dicitur .i. poli. ꝙ eligens ſolitariã vitã non eſt pars ciuitatis. ſed aut eſt beſtia. aut deus. Ad lrãm enĩ eligentes nõ conuiuere alijs: uel hoc eſt: qꝛ nimis ſcelerati et nõ poſſunt ſocietatẽ alioꝝ ſupportare. et tunc ſunt quaſi beſtie. uł quia ſunt nimis boni et uolunt vacare contemplationi et ocio et tunc ſunt quaſi diuini. Decet ergo omẽs hoĩes et maxime reges et principes diligenter aduertere: quantum deſeruiat ſocietaſ humane vite: ut ad bene viuere ſciant ſe et alios ordinare.

Q̃uo ſe habet cõmunitas domus: ad cõitates aliaſ. et q̃uo huiõi ꝯmu

nitas ſit neceſſaria in humana vi/
ta· Caplm·ij·

Dubitaret forte aliquiſ dicens nos ſci
entiaꝝ limites ignorare·qꝛ ſocietas:
ſiue cõitas illa:per quã nobis ſuffici
mus in victu et veſtitu:et in aliis neceſſarijs
ad vitam:nõ videt̃ eſſe cõitas domeſtica: ſed
ciuilis·quia ſm phũm·i·poli·Cõmunitas do/
mus nõ eſt ſufficiens in vita tota· Ideo enim
inuenta fuit ciuitas ut expedientia ad vitam:
que in vna domo:uel in vno vico repiri nõ po
ſſunt reperirent̃ in vico alio:uel in alia parte
ciuitatiſ·Ciuitas ergo ſi ſit recte ordinata cõ
tinere debet expedientia in tota vita·ut ĩ ter
tio libro plenius oſtendet̃·Quare ſi determi/
nare de cõitate ciuium nõ ſpectat ad hunc li/
brum·vbi agitur de regimĩe domus·ſed ad ter
tium vbi agitur de regimine ciuitatis· Uide/
mur tranſgreſſi fuiſſe limites huius artis·de
terminãdo in precedenti caplo aliqua pertinẽ
tia ad cõitatem ciuitatis·Sed ſi diligenter a/
ſpicimus:quõ cõitas domeſtica ſe habet ad cõ
munitates alias· cum quelibet cõitas inclu/
dat cõitatem domeſticã·nec poſſit eſſe ciuitaſ
neqꝫ vicus niſi hẽant eſſe domus:ſi cõitas ali
quia eſt neceſſaria in humana vita:ſequit̃ cõ/
munitatẽ domus ad hmõi vitam neceſſariam
eſſe·¶ In precedenti ergo caplo determinaui
mus de ſocietate humana: oſtendẽtes eã eſſe
neceſſariã ad vitam nr̃am·qꝛ per hoc manife/
ſte oſtenditur neceſſariã eſſe cõitatem dome/
ſticã·cum oĩs alia cõitas cõitatẽ illam preſup
ponit·Aduertendũ ergo ꝙ ſi dicta pollitica di
ligenter cõſideremus:apparebit quadruplicẽ
eſſe cõitatem·videlꝫ domus:vici: ciuitatis·et
regni·Nam ſicut ex plurib⁹ pſonis fit dom⁹:
ſic ex mltiſ dõibus fit vicus·⁊ ex mltis viciſ ci
uitas ⁊ ex mltis ciuitatib⁹ regnũ·q̃re ſicut ſin
glares pſone ſunt ptes dom⁹:ſic ⁊ dom⁹ ſunt
ptes vici ciuitatis et regni·nõ tñ eodẽ modo·
Sꝫ vici ſunt pars ĩmediata·quia ĩmediate ex
domibus conſtituit̃ vicus· ciuitatis vero do/
mus partes eſſe dicunt̃:qꝛ conſtituendo vicũ
ex cõſequenti conſtituere poſſunt ciuitatẽ et
regnum· Hoc ergo modo cõitas domus ſe ha/
bet ad cõitates alias·qꝛ oẽs alie ipſam preſup
ponũt:et ipſa eſt quodãmodo pars oĩum alia
rũ·Naturalis enĩ origo ciuitatis ut ptꝫ p phi/
loſophũ·i·poli·hoc mõ exiſtit· qꝛ primo facta
fuit vna aliqua domus:ſed creſcentibus filijſ
et filiabus et nõ valentibus pre multitudine
habitare in domo illa·cõſtruxerũt ſibi domos
annexas·et ſic ex multis domibus factus fuit
vicus·Unde et·i·poli·dicitur:ꝙ vicus eſt vici
nus domoꝝ quos vocant quidã collactaneos
pueros·qꝛ et pueroꝝ pueros· Naturalis ergo
origo vici eſt ex cõuicinia domoꝝ:quaſ cõſtru
xit multitudo collactaneoꝝ et pueroꝝ ſiue fi/
lioꝝ·Nam ut tangebat̃:creſcentibus collacta
neis·i·nepotibuſ:et filijſ:et filioꝝ filijs·et nõ
valentibus habitare in vna domo·cõpulſi ſũt
facere domos plures et conſtituere vicuꝫ·Sic
ꝓcedente generatione ipſoꝝ et ulterius aug/
mentata multitudine: facta eſt pluralitas vi/
coꝝ:et per cõſequens factũ eſt caſtrum uel ci/
uitas·ulterius vero multiplicatis caſtris et ci
uitatibus factus eſt principatus et regnum·
¶ Utrum aũt alio mõ ſit poſſibilis generatiõ
vici ciuitatis uel regni·q̃ꝫ ex creſcentia colla/
ctaneoꝝ uel filioꝝ·plenius infra oſtendet̃·ad
preſens vero in tñ dictũ ſit ꝙ hmõi generatõ
eſt maxie generaliſ·qꝛ procedit ex genere que
eſt opus nature·quicqd tñ ſit de hoc et quali
tercũqꝫ conſtituat̃ vicus:ciuitas:ſiue regnuꝫ
ſemp ſic ſe domus habet ad cõitates alias qꝛ
eſt pars oĩum aliaꝝ et aliquo modo eam oẽs
alie preſupponunt· ¶ Uiſo quõ cõitas dom⁹
ſe habeat ad cõitates alias·de leui patet: quõ
hmõi cõmunitas ſit neceſſaria in humana vi
ta·Nam ſi omnes cõmunitates alie domũ pre
ſupponunt·ſi aliqua cõmunitaſ eſt neceſſaria
ad per ſe ſufficientiã vite:oportet cõmunita/
tem domus neceſſariã eſſe·Reges ergo ⁊ prĩ/
cipes:quoꝝ officium eſt dirigere alios ad be/
ne viuere:ignorare non debent:quõ domus ⁊
ciuitates deſeruiunt ad ſufficientiaꝫ humane
vite·

Quod ꝯmunitas dom⁹ eſt aliquo mo
do cõmunitas prima· et ꝙ eſt na/
turalis·et ꝙ reges et principes: et
vniuerſaliter omnes ciues hoc ig/
norare nõ debent· Caplm·iij·

Ne laboremus in equiuoco:cuꝫ de do
mo loquimur· Sciendum ꝙ domus
nominari põt edificium conſtitutuꝫ
ex pariete tecto et fundamento·uel nominare
poteſt familiã in ea contentã·Sicut et ciuitaſ
aliquando muros et ambitum ciuitatis· Ali/
quando vero gentem habitantem in ipſa· Di
cimus enim aliqñ ciuitatẽ aliquaꝫ hoc feciſſe
non ꝙ muri uel edificia hoc egerint· ſed quia
incole ciuitatis fecerunt illud· Sic aliqui dice
re conſueuerunt domos ſuas hoc operatas eſ
ſe·non quia lapides illud egerĩt:ſed qꝛ ſui pro
genitores fecerunt illud·quare ſicut cõmuni/
catio ciuium ciuitas noĩatur:ſic ſocietas ⁊ cõ
municatio perſonaꝝ habitantiũ in vna domo
domus nũcupari poteſt·Domus ergo de qua
principaliter intenditur in morali negocio nõ
eſt ipſum edificium:ſed eſt ꝯmunicatio dome
ſticarũ perſonarum·ſpectat enim ad moralem
phũm·ut ad yconomicum determinare de edi
ficijs domoꝝ·qꝛ ſpectat ad ipm vniuerſaliter
et typo oſtendere ꝙ decet hoĩes habere habi/
tationes decentes ſm ſuam poſſibilem facul/
tatem·non tñ ſpectat ad ipſum principaliter
determinare de domo:ut noĩat edificium con
ſtructum·ſed determinare debet de domo que
eſt edificium:prout habet ordinem ad domuꝫ
que eſt cõmunitas perſonarum· ſicut ſpectat
ad pollitcum determinare de ordine domorũ
et de conſtructione vici:et de fabrica ciuitatiſ
ut ordinantur ad cõitatem et ad pollitiam ci/
uium: Intendimus ergo oſtendere de domo:
que eſt cõitas perſonarũ domeſticarum:quo/
modo ſit cõmunitas prima· ¶ Notandum er/
go ꝙ primũ multipliciter diſtingui poteſt·eſt
enim primum in opere·⁊ primũ in intentione
et eſt primũ in via generationis et temporis
et primũ in via perfectionis et ꝯplementi·Ui
demus ꝙ ea que ſunt ad finem precedunt fi/
nem in opere et in executione·ſed finis prece/
dit ea ſm intentionem agentis· Agens enim
primo et principaliter intendit finem·verum
quia non poteſt habere finem:niſi per ea que
ſunt ad finem·modus executionis et operis ẽ
contrarius intentioni et voluntati· Nam in/
tendimus et volumus ea que ſunt ad finem·
intendendo et volendo finem:ita ꝙ finis eſt
primo uolitus et intentus·ſed in operando ⁊
exequendo eſt econtrario· Nam per opus con
ſequimur finem operando ea que ſunt ad finẽ
ita ꝙ ea que ſunt ad finem: licet ſint poſterio/
ra et in voluntate et in intentione: ſunt tamẽ
priora in executione et opere· Nam ſi finis eſt
aliquid primo operatum :cum adepto fine:
ceſſet operatio nunq̃ꝫ opamur ea:que ſunt ad
finem· Unus ergo modus diſtinguendi prio
ritatem eſt:quia aliquid eſt primum in volun
tate et in intentione·aliquid vero in executio
ne et opere· Alius uero modus diſtinguendi
prioritatem eſſe poteſt·quia alia eſt prioritas
in via generationis et tẽporis·aliqua vero in
via perfectionis et complementi·ut puer ẽ pri
or viro generatione et tempore· quia prius tẽ
pore aliquis generatur et efficitur puer q̃ꝫ ef/
ficitur vir·Uerumtñ vir eſt prius puero per/
fectione et complemento: quia uſus rationis
et alia que requiruntur ad perfectionẽ huma/
nam per amplius et perfectius reſeruantur in
uiro q̃ꝫ in puero·Sic ergo diſtinctis priorita/
tibus·de leui patet quomodo cõmunitas do/
mus ſe habet ad cõitatem ciuitatis:et ad com
munitates alias· Nam in executione et opere
domus precedit uicum ciuitatem et regnum·
ſed in uoluntate et in intentione cõmunitateſ
ille precedunt cõmunitatem domeſticam·
Rurſus uia generationis et temporis dome/
ſtica cõmunitas precedit cõmunitates alias·
Sed in uia perfectionis et complementi com/
munitates alie precedunt ipſam·Uidetur cõ/
munitas domus ad cõmunitates alias dupli/
citer ſe habere·Primo quia huiuſmodi cõmu
nitas reſpectu aliarum eſt imperfecta·omnes
uero alie ſunt perfectiores ipſa·Cum eniꝫ om
nis alia cõmunitas:includat ꝯmunitatem do
mus:et addat aliquid ſupra ipſam·omẽs alie
ꝯmunitates ſunt perfectiores ea· Habet ergo
ſe ꝯmunitas domus ad ꝯmunitates alias: ſi/
cut imperfectum ad perfectum· ut ſicut pars
ad totum· Rurſus huiuſmodi ꝯmunitas ſe hꝫ

BIBLIOTECA

ad alias: ſicut quod eſt ad finē ſe habet ad ip/
ſum finem Nam domus tanꝗ̄ ad finem ordina
tur ad uicum ciuitatem et regnum· Eſt enim
domus propter vicum· vicus propter ciuitatē
ciuitas propter regnum· cōmūitas ergo vici
eſt finis cōmunitatis domus cōmunitas ciui
tatis cōmunitatiſ vici· ſed cōmunitas regni:
eſt finis oīum predictoꝝ· quare cum imperfe/
ctum in via generationis et imperfectionis p̄
cedat perfectum· perfectū vero precedat ipſuꝫ
in via perfectionis et cōplementi· Bene dictū
eſt cōmunitatem domus eſſe priorem alijs tē
pore et generatione· eſſe tñ posterioreꝫ illis p/
fectione et cōplemento· Unde et phūs· i· poli·
comparans ciuitatem ad vicum et domū ait·
ꝙ prima cōmunitas eſt cōmunitas ciuitatis·
qđ nō eſt intelligendum de prioritate genera
tionis uel temporis· cum ipſemet dicat ciuita
tem procedere ex multiplicatione vici· ſicut et
vicus procedit ex multiplicatione domoꝝ· In
telligenduꝫ eſt ergo hoc de prioritate perfecti
onis et complementi· Amplius cum cōmuni/
tas domus ad cōitates alias non ſolum ſe ha/
beat ſicut imperfectum ad perfectum· ſed etiā
ſicut ꝙ eſt ad finē: ad ipſum finem· domus re/
ſpectu aliarum cōitatum non ſolum eſt prior
tempore: et poſterior perfectione· ſicut imper/
fectum ſe habet ad perfectum· ſed etiā eſt pri/
or in opere: et poſterior in intentōe· q2 qđ ē ad
finem: hoc modo ſe habet ad ipſum finem· ſpe
ctat enim non ſolū ad principem ſiue ad legiſ
latorem· ſed etiam ad quēlibet ciuem prius in
tendere bonum ciuitatis et regni· ꝗ̄ etiam bo
num proprie domus· ut in tertio libro plenius
oſtendetur· ¶ Viſo quō cōmunitas domus a/
liquo modo eſt prior ꝗ̄ cōmunitateſ alie· de le
ui videri poteſt: quō ſit hmōi cōmunitas na/
turalis· Nam cum natura nō preſupponat ar/
tem: ſed ars naturam: quicquid arte naturali
ſupponitur non proprie quid artificiale erit:
ſed oportet illđ ſm ꝙ hmōi eſt naturale eſſe·
quare ſi homo eſt naturaliter animal cōicati/
uum et ſociale: cum omīs cōmunitas preſup/
ponat cōitatem domus· oportet cōitatem do/
meſticam ſiue domū quid naturale eſſe· reges
ergo et principes decet ſcire gubernare dome

ſtica: et regere familiam ſiue domum· non ſo/
lum inquantū eſſe debent viri ſociales et poli
tici· q2 ſic ſcire gubernationem domus ptinet
ad omnes ciues· ſed ſpectat ſpecialiter ad Re/
ges et principes· quia ſicut regnū uel ciuitas:
preſupponunt eſſe domum· ſic regimen regni
et ciuitatis preſupponit notitiam regimīs do
mus: et perſone proprie· nunquā eniꝫ quis de
bitus rector regni uel ciuitatis efficitur· niſi
ſe et ſuam familiam ſciat debite gubernare· q̄
re ſi ſpecialiter ſpectat ad eos: ut ſciant domū
propriam gubernare: et ut cognoſcant que et
qualis eſt cōmunitas domus: quia eſt quodā
modo naturalis· et quō hmōi ꝯmunitas ſe ha
bet ad regnum et ciuitatem· ut eſt in preſenti
capitulo declaratum· Nam per hoc magnam
viam habebūt ad inueſtigandū regimen ciui
hoc eſt in feīs et adhuc magis eſt in filiabus:
uel in puellis. ne ergo eis detur ꝯmoditas ma
lefaciēdi ſunt debite cuſtodiēde ⁊ ꝓhibēde ſūt
a circuitu et diſcurſu. ¶ Secunda via ad inue
ſtigandū hoc idem ſumit̄ ne fiant inuerecūde
Nā oīe inſolitū eſt quodāmodo uerecunduʒ
qui enī nō aſſueuerūt inter gētes verecundā
tur ꝯuerſari inter eas. Jnter cetera ergo q̄ red
dunt puellas verecūdas in aſpectu viroꝝ eſt
nō aſſueſcere eas inter gentes. quare cum pu/
elle circueūdo et vagādo per patriā aſſueſcāt
viroꝝ aſpectibus fiunt familiares eis et tolli
tur ab ipſis verecūdia ex viroꝝ conſortio. tol/
lere autem a puellis verecundiā: eſt tollere ab
eis frenū quo trahuntur ne male agant. Nam
in feminis et maxime in puellis deficit ratio
ꝓpter quā quis prohibet̄ ne proſequat̄ illici/
ta. maximū frenum feminaꝝ ⁊ potiſſime puel
larū ne ꝓrūpant in turpia videt̄ eſſe verecū/
dia. Decēs ergo eſt cohibet̄ puellas a diſcurſu
et euagatiōe. ne fiant inuerecūde: uel ne tolla
tur ab eis verecūdia per quā cohibent̄ ab acti
onib⁹ turpib⁹. ¶ Tertia ſumit̄ ne fiāt laſciue
et impudice. puelle enī ſi debito mō ſub cuſto
dia teneātur et nō permittantur diſcurrere et
circuire non ſolum efficiuntur verecunde: ſꝫ
etiam ꝯtrahunt quandā ſilueſtritatē que opti
ma eſt ad ſaluandā pudiciciam puellaꝝ. Uide
mus enī ꝙ aīalia etiā ualde ſilueſtria ſi aſſue
ſcāt ꝯuerſatōibus hoīm domeſticant̄ et pmit/
tūt ſe tangi et palpari. ſi vero conuerſatōibus

hominū ſint remote q̄ſi ſilueſtris tactū et ap/
proximacionē hoīm fugiūt· Qḋ ergo in aīalib⁹
aliis aſpicim⁹: repimus etiā ī fēis· Si igr̄ fēie
nō diſcurrāt ⁊ a ꝯuerſatiōe viroꝝ ſint incon/
ſuete quaſi ſilueſtres· ab ipſoꝝ ſocietate diffi
cilius ad laſciuiā et ad impudiciciā inclinant̄
Uniuerſalr̄ igit̄ oēs ciues ⁊ multo magis no
biles ⁊ potiſſime reges et prin· tanto maiorē
curam circa proprias filias adhibere debēt· ne
indebite circuāt et diſcurrant· quāto ex impu
diciciis et laſciuia ſtatum filiaꝝ poteſt maius
malum uel periculuʒ iminere·

Qḋ viri omnes ciues: et multo magis no/
biles ⁊ reges et prin· debent ſolicitari er/
ga filias ne velint viuere ocioſe· Ca· xx·

Ut ſupius dicebat̄ phūs· i· rethō· cō/
mendat in fēis amorē opoſitatis· Po
ſſumus aūt triplici via venari: q̄ de
cet oēs ciues ⁊ multo magis nobiles: ⁊ maxīe
reges ⁊ prin· ſic ſolicitari erga regimē filiaꝝ ut
nol īt ocioſe viuere: ſed amēt ſe exercitare cir/
ca opera aliqua licita et hōeſta· Prima via ſu
mitur ex honeſto ſolacio qḋ inde habent· Se/
cunda ex illicita ſolicitudīe que ꝓpter hoc vi/
tat̄· Tertia ex fructu ⁊ vtilitate que inde ꝯſur
git· ¶ Prima via ſic pꝫ· Naʒ ſm̄ phūm· x· ethi·
abſq; omni delectatione vita noſtra durare nō
poteſt· Jdeo rep̄hendunt̄ dicētes· oēm delecta
tionē fugiendā eſſe· quare ſi nō poſſumus cō
mode durare in vita: niſi in aliquib⁹ delecte/
mur· decet nos aſſumer̄ aliqua opa licita ⁊ ho
neſta: circa q̄ vacātes inſunt nobis aliq̄ dele/
ctatiōes licite· ſicut ergo viri ne ocioſe viuant
⁊ ut delectent̄ in opibus licitis: et ut delecten
tur circa aliq̄ opa ciuilia: uꝉ circa ea q̄ ſpectāt
ad gubernationē regni: uel circa regimē dom⁹·
uel circa aliq̄ alia exercicia licita· Sic ⁊ mulie/
res ne ocioſe viuāt: debēt opoſitatē amare et
decet eas exercitari circa aliqua opa licita et
honeſta· q: igr̄ oēs delectant̄ in ꝓpriis opib⁹
et oēs diligūt ſua opa· ut vult phūs· iiii· ethi·
ut mulieres ipſe recreari poſſint aliquib⁹ de
lectationibus licitis· decet eas intētas eſſe cir
ca aliqua opera licita et honeſta· q̄ tanto ma/
gis videt̄ expedire mulieribus q̄ʒ viris· quan
to magis a ratione deficiētes neſciūt vincere·
niſi ex aliquibus exerciciis ſenſibilibus dele
ctationē ſumant· Qualia aūt debēt eſſe opera
circa q̄ mulieres inſudare decet in ꝓſequēdo pa
tebit· ¶ Secūda via ad inueſtigandū hoc idem
ſumit̄ ex vitatione ſolicitudinis illicite· Nam
q: mulieres et maxīe puelle ut plurimū domi
ſtant et nō vacant ciuilibus opibus: nec regi
minibus reipublice: ſi mens humana ut ſupe
rius dicebat̄ neſcit ocioſa eſſe ſtatim cum quis
nō dat ſe licitis exerciciis: vagat̄ eius mens
circa illicitas occupationes· q̄ tanto magis ca
uendum eſt in mulieribus q̄ʒ in viris· quanto
molliores ſunt illis· et quanto cogitando illici
ta facilius trahuntur: ut ea ſi adſit cōmoditas
opere cōpleant· ¶ Tertia via ſumit̄ ex fructu
et vtilitate que inde conſurgit· Nam nūquam
mulieres poſſunt ſe dare licitis exerciciis: niſi
inde conſurgat aliqḋ bonum exterioris opis·
uel aliqua bona diſpoſitio interioris mentis:
Debet ergo diligentia et cura adhiberi: ut mu
lieres ſint bone et virtuoſe· propter quod et a
phō pri° rethō· vituperant̄ Lacedemōes: et
dicuntur eſſe fere ſm̄ dimidium felices q̄ nō
adhibent curam et diligentiā quō eaꝝ femie:
eſſent virtuoſe ⁊ bone· Adhibenda eſt ſolicitu
do ne femine ocioſe viuant· ſed exercitent ſe:
circa aliqua opera licita ⁊ honeſta: ut ex hoc re
ſultet fructus et vtilitas: et efficiantur bone ⁊
virtuoſe· ¶ Si autē queratur circa qualia ope
ra ſolicitari debent: oporteret in talibus diffe
ter loqui ſcḋm diuerſitatem perſonaꝝ· Tece/
re enim ⁊ filare et operari ſericum ſatis viden/
tur opera cōpetencia feminis· q̄ ſi tamē femi
na inſtruenda in tam alto gradu eſſet: q̄ nō
eſſet dignum uel non eſſet conſuetum ſecun/
dum mores patrie ut ſe circa talia exercitaret
adhuc non eſſet dimittenda ut viueret ocioſa
ſed tradenda eſſet ſtudio litteraꝝ: ut ad amo/
rē litteraꝝ affecta nō vacaret ocioſe: ſʒ ſepe ſe
plus librū arripiēs ſe lectiō ib⁹ occuparet· Ex
hoc aūt declaratur qḋ ſupius dimiſimus cum
tractauimus de regimine cōiugali· Dicebatur
enim infra declarandum eſſe: circa que opera
deceat feminas eſſe intentas·

¶ Qḋ decet reges ⁊ ṗncipes et uniuerſa
liter omnes ciues ſolicitari erga filias
ut ſint mō debito taciturne· cap· xxi·

Stenſo q̄ non decet puellas eſſe ua
gabūdas nec decet eas uiuere otioſe
reſtat ut nūc tertio oſtendamus: q̄ decet eas
taciturnas eē· Qḋ triplici uia uenari poſſum⁹
Prima ſumitur ut magis appareāt ornate ⁊
decētes: et ut a uiris ſuis magis diligantur·
Scḋa ne loquantur indebite et incaute· Ter
cia ne ſint ꝓne ad iurgia et ad lites· ¶ Prima
uia ſic patet: nam cum deſideriū ſit ei⁹: qḋ ab
eſt ut uult Philoſophus· ij· reth· quāto aliqḋ
qḋ eſt poſſibile hr̄i magis uidetur arduū ⁊ in
acceſſibile: et magis abeſſe tāto magis ꝯcupi
ſcētia mouet· femina ergo eoip̄o q̄ eſt loquax
qḋammō ſe nimis familiarē exhibet ⁊ qḋam
mō ſe ꝯtēptibilē reddit· vnde et phil· i· pol· ait
q̄ ornamentū mulieꝝ eſt ſilentiū· ſi enim mu
lieres ſint mō debito taciturne· quia ſe nō ſic
familiares exibēt eoꝝ cōſortium uidētur ma
gis abeē et uidētur magis inacceſſibiles: pro
pter qḋ non ſic uilipendūtur et habētur in cō
tēptu: ſed magis appetūtur et amātur: q̄a er/
go cuilibet uidetur eē pulchrū ⁊ decens quod
amat· ſi mulieres taciturne magis amātur ex
hoc ip̄o magis appent decētes ⁊ ornate: ab ip
ſa ergo puerili etate īſtituendē ſunt puelle ad
taciturnitatē· q̄a hoc ſic ꝯtigat eas poſtmoḋ
p ꝯnubiū ſuis uiris copl'ari: ab eis ſi ſunt ḋbi
te taciturne feruētius diligētur· ¶ Scḋa uia
ad īueſtigādum hoc idem ſumitur ut uitetur
locutio incauta· dicebatur enim ſupra ibi ſem
per maiorem cautelā adhibendā eē: ubi ꝯſue
uit maior defectus cōſurgere· cū ergo ex hoc
quis loquatur imprudēter et incaute· quia uī
get prudētia ⁊ acuīe intellectus: quāto quis
magis a rōe deficit: tāto magis cōtingit ip̄m
incaute loqui· cum ergo mulieres magis defi
ciant a rōnis uſu q̄ʒ uiri: ⁊ puelle magis q̄ʒ fe
mine· iam adulte circa feminas: ⁊ maxime cir
ca puellas ſolicitanḋ eſt ne incaute loquātur
Jnter ceteras aūt cautelas neq̄s prorūpat in
locutionē incautam: hec uidetur eſſe potiſſi/
ma ut nullum ſermonem proferat· niſi prius
ipſum diligenter examinet· cum ergo diligēs
examinatio cum loquacitate ſtare non poſſit
ut femine etiā a puellari etate diſcāt cautos
proferre ſermōes: decet eas non eē loquaces:
ſed oportꝫ ip̄as eſſe debite taciturnas: ut poſ
ſint omnē ſermōem ꝓlatū diligēter excutere·
¶ Tercia uia ad inueſtiganḋ hoc idem ſumi
tur ne ſint prone ad iurgia et ad lites· nā cuʒ
femine ⁊ potiſſime puelle ḋficiāt a rōnis uſu
niſi ſint mō debito taciturne: et niſi ſermōes
dicēdos diligēter examinēt: ſicut propter rōis
defectum defacili loqui poſſunt ptinentia ad
ſimplicitatem et imprudētiam: ſic defacili lo
qui poſſunt ptinentes ad lites et ad iurgia·
Decet ergo ipſas per debitam taciturnitateʒ
adeo examinare dicēda ut nec dicāt aliqua p
que ⁊ iudicētur imprudētes: nec dicāt aliqua
que poſſint turbare audientes propter qḋ iu
dicētur litigioſe et diſcole: quare decet ip̄as eſ
ſe taciturnas: ne in uerba litigioſa prorūpāt
a uerbis aūt litigioſis potiſſime femīe ſibi ca
uere debēt· quia poſtq̄ʒ litigare incipiūt neſci
unt a litigio ſe abſtinere · deficit enim in eis
rōnis uſus per quem cōcupiſcētie refrenātur
Jdeo poſtq̄ʒ mote ſunt et litigare cepunt au/
getur in eis concupīa litium quam per rōnē
defacili refrenare non poſſunt eo q̄ ab uſu ra
tiōis deficiētes ut plurimū plus uiuūt paſſio
ne q̄ʒ ratione·

Jncipit tercia pars ſcḋi libri de regimi
ne principum: Jn qua tractatur quo re
gimine a regibus et ṗncipibus regendi
ſunt miſtri et familia cetera

¶ Qḋ ad gubernationē dom⁹ ſpectat nō
ſolum ḋterminare de ſeruis ſed etiam ḋ
his que ſupplēt indigētiam corporalem·
Cap· primum·

Jgeſtis duabus partibus hu⁹
ſcḋi libri in quo agitur de re/
gimine domus· quia oſtēſum
eſt qualr̄ decet uiros ſuas ꝯiu
ges regere: et qualr̄ pr̄es ſuos
filios gubernare · Reſtat exeq
de parte tercia in qua agetur de regimine mi
ſtroꝝ uꝉ de regimīe familie· ¶ Huic aūt parti

in qua agetur de regimine miniſtroꝝ ⁊ fami
lie cetere:ut in ꝓſequendo ptēbit:cōnecti pōt
materia illa:in qua agitur de his que ſupplēt
indigētiam corpalem:et que faciūt ad ꝯſerua
tionem et ad ſufficiētiam uite cuiuſmōi ſunt
decētia edificioꝝ:multitudo nūmiſmatū ⁊ co
pia poſſeſſionū aliaꝝ· In hac ergo pte tercia
huiꝰ ſcd̄i libri eo ꝙ hee uie ſunt ꝯnexe: inten
dimus inſtruere uolētem ſuas domus debite
gubernare:non ſolū quātum ad regimen mi/
ſtroꝝ et familie ſed etiaꝫ quātum ad alia que
ordinātur ad conſeruationē uel ad ſufficien
tiā uite que ſupplere uidētur indigētiam cor
poralē· ¶Determinabimꝰ igitur in hac parte
tercia huius ſcd̄i libri quā decētem habitatio
nem reges et pͥncipes et vīr oēs ciues hr̄e de/
beāt:quō deceat ipſos ſe hr̄e circa poſſeſſiōes
et nūmiſmata ⁊ circa regnum familie ⁊ mini/
ſtroꝝ:ꝙ aū hec oīa hic deſiderare deceat pru
dētem prēmfamilias uel doctū gubernatoreꝫ
familie:⁊ ꝙ hee uie ſint connexe:ut in princi/
pio capituli ꝓpōebatur ſufficiēter oñdit phi
loſophꝰ pͦo pol·Oñdit aūt duabus rōibus ꝙ
ſpectat ad iconomicū et ad gubernationē fa
milie ꝯſiderare de poſſeſſionibꝰ ut de domibꝰ
et nūmiſmatibus ⁊ ð ſuppellectilibꝰ ⁊ de alijſ
que ſupplēt indigētiam corpaleꝫ· Prima ratio
ſumitur ex ſufficiētia uite· Scd̄a ex ſimilitudi
ne quam hꝫ ars gubernatiōis domꝰ ad artes
alias· ¶Prima uia ſic ptꝫ:nam ideo de guber
natōe domꝰ ars tradit̄ ut pīfamilias cꝰ ē do
mū gubernare debite ſolicitetur circa ea q̄ fa
ciūt ad bn̄ uiuere:et q̄ reqrūtur ad ſufficiētiā
uite:quare ſi ad uiuēdum pollitice reqrūtur
domꝰ poſſeſſiōes et nūmiſmata ſpectat ad gu
bernatorē domus ꝯſiderare de talibus· ¶Se
cūda uia ad inueſtigādum hoc idem:ut patet
per phm̄ ibidem ſumitur ex ſimilitudīe huiuſ
artis:q̄ eſt de gu bernatione domus ad artes
alias: Nam ſicut cetere artes ut ars fabrilis
et textoria hn̄t ſua organa ꝑ que pficiūt actio
nes ſuas:ſic ⁊ gubernatō domus requirit ſua
organa per que opa ſua cōplere poſſit· ¶Uo
lens ergo tradere noticiā de arte fabrili opor
tet ipm̄ determinare de martello et incude et
alijs inſtrumētis fabrilibꝰ:⁊ ſpectat ad fabrū
talia inſtrumenta cognoſcere· ¶Sic uolens
tradere noticiā de arte textoria debet ðtermi
nare de pectinibꝰ et alijs organis illius artiſ
ſpectat ad textorē talia inſtrumēta cognoſcer̄
Quare uolens tradere noticiā de arte guber
natiōis domꝰ:dꝫ determinare de edificijs poſ
ſeſſionibꝰ ⁊ nūmiſmatibꝰ:qa talia ſunt orga/
na huius artis: Spectat ergo ad gubernatōeꝫ
domꝰ talia coguoſcere:qa ꝑ hec tanq̄ꝫ ꝓpa or
gana ꝯſequi poterit:que faciūt ad ſufficiētiaꝫ
uite:hꝫ enim ars gubernatiōis domus propa
organa ſicut et cetere artes mechanice hn̄t ꝓ
pria inſtrumēta· ¶Differūt tn̄ hic ab illis ſꝫ
phm̄ pͦo pol·quia organa gubernationis ſunt
actiua:organa ꝟo mechanicoꝝ ſunt factiua:
Nam in mechanicis regulamur ꝑ arteꝫ:ſed in
gubernatiōe domus regula eſt prudētia·ſicut
ergo ars differt a prudētia:ſic organa mecha
nicorum differunt ab organis gubernatiōis·
¶Differt aūt hic ab illa:quia ars eſt recta rō
factibiliū:et per artem reſultat aliq̄d factū in
materia extra· Sed prudētia eſt recta rō agibi
liū:⁊ ꝑ eam non prope reſultat aliq̄d factū ex
tra:ſed magis reſultat aliqua actio ⁊ aliqua ꝑ
fectio in agēte·organa ergo mechanicoꝝ erūt
factiua:quia ſunt organa artis:que eſt de fa/
ctibilibꝰ:ſed organa gubernatōis erūt actiua
quia ſunt organa prudētie que circa agibilia
hꝫ eſſe:ars ergo gubernatiōis domꝰ lꝫ largo
mō poſſit dici ars proprie tn̄ prudētia dici dꝫ
¶Pretermiſſ:s ergo duabus rōnibus ſufficiē
ter oñditur ꝙ ſpectat ad gubernationē domꝰ
cōſiderare de domibꝰ nūmiſmatibꝰ ⁊ poſſeſſi
onibus:que faciūt ad ꝯſeruationē ⁊ ad ſuffici
entiam uite· Per illas aūt eaſdē rōes probari
poſſet ꝙ ſpectat ad gubernatorē domus ſcire
debite ſe hr̄e circa miſtros ⁊ ſeruos:nā miſtri
et ſerui ſunt etiā q̄dam organa deſeruiētia gu
bernationi domꝰ ꝓpter qð declarata eſt pͥma
pars capituli ubi dicebat̄ ꝙ ſpectat ad guber
nationē domus ꝯſiderare de miſtris ⁊ ſeruis
et de his que ſupplēt indigētiam corporalem
Qz aūt hee due materie ſint cōnexe ⁊ ꝙ deter
minare de edificijs ⁊ poſſeſſionibꝰ ꝯnecti de/
beat tractatui in quo determinatur de miſtriſ
et ſeruis de leui patere pōt:nam poſſeſſiones
domus et nūmiſmata ſunt organa gubernati
onis domus: quilibet ergo ſeruus eſt qðdam
organum et qðlibet organum eſt q̄dam ſeruꝰ
Nam ſm̄ phm̄ organum eſt q̄dam inanimatꝰ
ſeruus et ſeruus eſt qðdam animatū organū
quia ergo ſic ꝯueniunt organum et ſeruꝰ con
grue he due uie conuertūtur·

Quō diſtinguenda ſunt organa guberna/
tionis domus ⁊ qualiter ad inuicē opant̄·
Caplm̄·ij·

Philoſophꝰ primo politi·oīa organa
gubernationis domuſ ad bimembrē
diſtīctionem reducit·ait enī quedā eſſe aīata
ut ſerui quedā īaīmata ut poſſeſſiones nūmiſ
mata·indumenta ⁊cetera ſuppellectilia deſer
uientia ad indigentiam uite· ſicut enī uidimꝰ
in alīis artibus·ſic ſm̄ phūꝫ primo poli· circa
gubernationem domus eſſe habet· In aliis āt
artibus ē duplex organū aīatū ⁊ inaīatū ut in
arte gubernatiua nauiū·tamq̄ꝫ organū īaīatū
ē gubernaculū ſiue remus· tāq̄ꝫ aīatū ē ibi ꝓ
rarius ſiue remigator· ſic in gubernatōne do
mus tāq̄ꝫ organa īaīata ſunt ibi indumenta
lecti poſſeſſiones ⁊ nūmiſmata· tanquā aīata
ſūt ſerui ⁊ miniſtri · cōueniūt ergo oīa hmōi
organa quia quodlibꝫ aliquo mō ē quia ē que
dā res poſeſſa·drn̄t tn̄ quia hec ſunt aīata illa
inaīata· Uiſo quomodo diſtinguūtur organa
gubernatōnis domus · reſtat oñdere quō ad
inuicē cōpant̄ oportet enī ſecundum philo/
ſophū huiuſmodi organa ordinata eſſe adiui
cem ·ita ꝙ organū ſit āte organum· ut orga/
num aīatum ante inaīatū· Si enī ſocietas do
mus eſt quid naturale ·⁊ in natura ordinata
ſunt oīa·ut ſemper inferiora adminiſtrantur
per ſuperiora ⁊ recipiunt modū ⁊ mēſurā ex il
lis:oportet organa domus ordinata eſſe ⁊ or
gana inferiora ut inaīata ſūt mouenda ⁊ ad
miſtrāda ꝑ organa ſupiora ut ꝑ aīata qð de/
clarat phūs primo pol·ꝑ ſimile in aliis artibꝰ
ubi innuit ꝙ peltra nō per ſe citharīſāt· ⁊ pec
tines nō per ſe ipſos pectināt· Ideo ad citha
rizandū peltrū indiget miniſtro mouēte ⁊ pec
ten ad pectinandū indiget mouente ipſum
Sed ut ait ſi peltra ꝑ ſe citharīſarēt· ⁊ pecti/
nes per ſe pectinarent nihil opus eſſet archi/
tectoribus miſtrorū· nec dn̄is ſeruorū· Ideo
enī architectores ⁊ domini indigent ſeruis ⁊
miniſtris·ſiue indigēt organis aniatis· quia
organa inanimata per ſe ipſa exercere nō poſ
ſunt illud ad quod ſunt facta nā ſi tripodes ⁊
menſe regum ⁊ princ· uel ēt alioꝝ tales eſſent
quales erant tripodes in quodā tēplo·de qbꝰ
quidam poete fabuloſe dicebāt ꝙ ſpōtanee ſe
ingerebāt diuinis obſequijs· ⁊ ſi oīa organa
domus talia eſſent qualis erat ſtatua dedali
de qua philoſophus fabuloſe recitat ī polliti
cis ꝙ per ſe implebat opus debitū·nulla indi
gentia eſſet ſeruorum· ſed menſe ſe ipſas pa/
rent· ⁊ ut eſſet oportunitaſ·oſtia ſe ipſa apirēt
⁊ clauderēt ſed quia nō ſic eſt organa inaīta a
ſe ipſis moueri nō poſſūt· Ideo domini ⁊ ar/
chitectores indigent miniſtris ⁊ ſeruis· ut ſe
cundum eoꝝ ductionē moueant organa inaī
mata uel organa carentia ratōne· ut opꝰ pro
priū poſſint implere· Indignū ē enī ſecundū
ordinem uniuerſi· ut ſuprema immediate ad
miniſtrent infima·ſed lex uniuerſe eſt ut infi
ma adminiſtrentur· a ſupremis per media·
Suprema āt in quolibꝫ negotō eſſe uidentur
architectores ⁊ domini·infima uero ſūt orga
na inanimata·media ſunt miſtri ⁊ ſerui·q̄ ſūt
q̄ſi quedā organa animata· indignū eſt aūt
dn̄os ⁊ architectores per ſe ipſos eē prepara
tores menſarū uel eſſe hoſtiarios· aut aliqua
talia exercere ſed congruentius eſt hec per me
dios miniſtros efficere· in domo ergo ꝯpleta
utraq̄ꝫ organa ſunt neceſſaria aīata ⁊ inaīa/
ta que quō ad inuicē ſe habeant manifeſtatū
per iā dicta·nam aīata ſūt añ īanimata ⁊ hec
per illa ſunt adminiſtranda ⁊ mouēda ut poſ
ſint propria opera adimplere

Qualia edificia debēt habere reges ⁊ prī
cipes ⁊ uniuerſaliter omnes ciues quantū
ad operis īduſtriā ⁊ operis temperamētū·
Caplm̄·iij·

Ex predictis patere poteſt in hac ter
cia parte huiꝰ ſcd̄i libri dicendum ē
tam de miniſtris q̄ꝫ de his que deſeruiunt ad
conſeruationē ⁊ ad ſufficiētiā uite· De uiētia

autē conſeruationi ⁊ ſufficiētie uite quaſi ad
tria reducuntur·huiuſmodi enī ſunt edificia
poſſeſſiones et nūmiſmata· de quatuor ergo
dicendum erit·Declarabitur enī primo qua/
les domos ⁊ quales habitationes reges ⁊ prī
cipes ⁊ uniuerſaliter ciues habere debent·
Scđo determinabitur de ipſis poſſeſſionibꝰ·
Tercio de nūmiſmatibus· Quarto de mini/
ſtris·¶ Inter alia autē que conſiderāda ſunt
in edificijs ut tradit paladius ī libro de agri/
cultura·eſt īduſtria operis ut edificiū ſit ſub/
tiliter ⁊ debite factuꝫ ⁊ tēperamentū aeris ut
ſit in debito aere collocatū· Qꝛ autē reges et
principes debeant habere hītationes mirabi/
les ⁊ ſubtili induſtria conſtructas ꝓbat phi/
loſophus duplici rōne quarū prima ſumitur
ex parte magnificentie regie·ſcđa ex parte ꝓ/
prii·poſſumus autē ⁊ nos tertiā rationē adde
re ex parte familie ⁊ miniſtroꝝ·¶ Prima uia
ſic patet nam ſm phūm·iiii·ethi· capitulo de
magnificētiā maxime glorioſos ⁊ nobiles de/
cet eſſe magnificos·reges ergo ⁊ principes q
debent eſſe nobiles ⁊ preclari potiſſime decet
eſſe magnificos·alii enim moderataſ poſſeſſi
ones habētes poſſunt eſſe liberales eo ꝙ libe
ralitas in paruis ſumptibus eē poſſit·Sed re
ges ⁊ principes multitudine poſſeſſionū pol
lentes debent eſſe magnifici eo ꝙ magnificē/
tia circa magnos ſumptus eē contingat·Sed
magnifici ut dicitur in eodem·iiii·eth·eſt pre
parare habitationē decentē·non eſt autem de
cens habitatio niſi magnifico opere ⁊ mira/
bili induſtria ſit conſtructa·Ex parte ergo ip
ſius magnificentie regie patet ꝙ reges ⁊ prin
cipes quantū ad induſtriā operis decet habe
re habitationes mirabiles·Alii uero ciues ta
les habitationes habere debent magis ⁊ mi/
nus mirabiles ut competit proprie facultati·
¶ Secūda uia ad inueſtigandū hoc idem ſu/
mitur ex parte ipſius proprii· ⁊ hanc tangit
phūs·vi·pol·ubi ait ꝙ prīcipes decet ſic mag
nifica facere ⁊ talia edificia conſtruere ꝙ po/
pulus ea uidens quaſi ſit mente ſuſpenſus ꝓ
pter uehementē admirationē· nam populus
minus inſurgit contra principē uidens ipſuꝫ
ſic magnificū·quilibet enī de populo hoc uiſo
oppinatur principē eſſe tantum ꝙ quaſi im/
poſſibile ſit ipſum inuadere·⁊ quaſi circa im
poſſibilia nō cadit electio neqꝫ cōſiliū ut uult
phūs·iii·ethi· qui licet ex populo retrahitur
ne diſſentionē faciat contra principē ſi aſpici
at ipſum tantum ⁊ tam magnificum· Magni
tudo enim edificiorum licet non ſit fienda ad
oſtentationē ⁊ inaneꝫ gloriā·Decet enī reges
⁊ principes ne in contēptum habeantur a po/
pulo facere edificia magnifica prout requirit
decentia ſtatuſ in quo exiſtunt·¶ Tercia uia
ſumitur ex parte miniſtroꝝ ⁊ familie naꝫ ubi
multe ſunt diuitie multi ſunt qui cōmedunt
illas· In domibus ergo regū ⁊ principū opor
tet multos habundare miniſtroſ·ut ergo non
ſolum perſonas regis ⁊ prin·ſed etiā multitu
do miniſtroꝝ debite cūmorari poſſint in edi/
ficiis conſtructis oportet ipſa eſſe magnifica
¶ Viſo qualia debent iſſe edificia quantū ad
magnificentiam ⁊ induſtriā operis reſtat ui/
dere qualia eſſe debent quantū ad aeris tem/
peramentū· Tangit autē pallidius in libro đ
agricultura tria ex quibus cognoſcere poſſu/
mus in quo aere ſit edificium conſtruendum
Dicit enim ſalubritatem aeris primo declara
re libertatē a uallibus infimis·Si enim ī ual/
libus infimis edificia conſtruantur quia aer
eſt ibi groſſus propter circumſtantiā montiū
contingit ipſum nō eſſe ſalubreꝫ· Sic enī ima
ginari debemus ꝙ ſicut aqua currens ſanior
eſt ꝙꝫ ſtans·eo ꝙ aque ſtantes ut plurimū in
groſſantur ⁊ putreſcunt·ſic aer recluſus ī ual
libus eo ꝙ non habeat liberum motum quaſi
ingroſſatur ⁊ efficitur non ſalubris eſt ergo
propter ſalubritatē aeris conſideranduꝫ ī edi
ficiis conſtruendis ut non fiat talis conſtruc
tio in uallibus infimis· ¶ Secundo conſide/
randū eſt ut locus ille in quo eſt edificiū con/
ſtruendū ſit a nebularum tenebris abſolutus
nam in aliqua parte terraruꝫ uel quia illa eſt
magis paludoſa uel propter aliquā aliam di/
ſpoſitionē terre magis ⁊ ſepius obtenebratur
aer per nebulas ⁊ uapores taꝫ in parte illa ꝙꝫ
in parte alia quare ibi redditur aer n̄ ſalubris
ideo ſi uitari poteſt nō ſunt ibi edificia con/
ſtruenda·¶ Tertium ꝙ declarat ſalubritateꝫ
aeris eſt conſideratio habitatorum exiſtentiū
in ipſo·ſi enim alicubi edificare uolumꝰ ſi cō
tingat circa regionē illam aliquos habitare·
conſideranda ſunt habitatorum corpora ſi eis
ſit color ſanus ⁊ pulcer·ſi ſit ipſis firma ſince
ritas capitis· ſi habeant acutum uiſum ⁊ pu/
rum auditum· uoceꝫ claram· per omnia hec ī
dicatur bonitas aeris·⁊ per contraria indica
tur aer eſſe infirmus·Si enim habitatoreſ in
ipſo non habeant colorem ſanum ſed croceuꝫ
de facili in capite patiantur· habeant pertur
batum uiſum impurum auditum uocē raucā
per omnia hec quaſi per quedam ſigna aeris
impuritas demonſtratur·

## Qualia debent eſſe edificia quantuꝫ ad ſa/ lubritatem aquarum ⁊ quantum ad ordinē uniuerſi·Caplm·iiij·

Reter predicta duo uidelicet preter
operis induſtriam ⁊ aeris tempera/
mentum·ſunt duo alia in edificiis attendēda
ut aque ſalubritas ⁊ debita diſpoſitio vniuer
ſi·Aqua enim ſcđm phūm eſt ualde cōmunis
⁊ in multis deſeruit ad neceſſaria uite· Ideo
ualde conſiderandum eſt ut ſic edificium ſitu
etur ut ei ſit aque ſalubris copia ne habitato/
res eius ob infectionem aque infirmitatē cō
trahant·Tangit autem palludius in libro de
agricultura· vi· que ait eſſe conſideranda in
cognitione aque ſalubritatis· ¶ Primum eſt
quia aqua illa deriuari non debet a paludibꝰ
⁊ a lacunis·paludes eniꝫ ⁊ lacune eo ꝙ eis ſit
aqua quodāmodo ſtans ut plurimum habēt
aquam non ſalubrem· ¶ Secundo conſiderā
dum eſt ne aqua illa ſumat origineꝫ ex metal
lis·uel ne tranſeat per metallorum uenas·ha
bent enim metalla uenas ſuas ſubterraneas
⁊ aque in locis ſubterraneis generātur ⁊ per
uenas ſubterraneas tranſit·quare ſi locus ge
nerationis aquaꝝ uel meatus per quos aque
tranſeunt habeant in ſe principia uenaꝝ me
tallorum ex hoc aqua inficitur ⁊ nō eſt ita ſa
lubris·Eſt enim humidum ⁊ molle de facili
paſſiuum· aqua ergo quia eſt hmōi de facili
inficitur a metallis· ⁊ maxime a metallorum
uenis ubi non ſunt metalla pura ſed ſimul cū
metallis ſunt alique admixte putredines·
¶ Tertium ꝙ conſiderandum eſt in aquis ē
ꝙ ſit coloris perſpicui·nam ipſa infectio colo
ris aque infectionem demonſtrat·¶ Quartū
eſt ne aliquo odore uel ſapore uicientur nam
prauus odor uel ſapor aquarum ut plurimuꝫ
deſignat illas aquas generari uł tranſire per
aliqua loca infecta a quibus talem odoreꝫ uel
ſaporem contraxerunt. ¶ Quintum eſt ne a/
quis illis aliquis inſedeat limus·nam terra li
moſa ⁊ lutoſa eo ꝙ infecta ſit ſana eſſe nō po/
teſt· Hec ergo·v· attendenda ſunt in ſalubrita
te aquarum·Verumqꝫ contingit aliqn̄ nos in
his ſignis decipi· Ideo adducit paludius· vi·
ꝙ dicit etiam conſideranduꝫ eſſe uidelicet ut
conſideretur conditio ⁊ diſpoſitio corporum
utentium illis aquis·eſt ergo aſpiciendum ſi
dentes ⁊ gingiue utentiuꝫ illis aquis ſint pu
ri ſi utentes eis habeant capita ſana ⁊ in per/
turbata·ſi uenter aut uiſcera uel latera ſiue re
nes nullo dolore aut inflatione uexentur·naꝫ
ex malitia aquarum uel omnia mala hec uel a
liqua horum conſueuerunt contingere·edifi/
cium ergo conſtruendū edificari debet in tali
ſitu ꝙ ſit ei copia aque ſalubris habentis con
ditiones illas de quibus fecimus mentionem
Qꝛ ſi tamen edificandi neceſſitas urgeat nec
tamen ibi aque ſalubris ſit copia eſt ibi ſcđm
palladium conſtruenda ciſterna in aqua plu/
uiales aque colligende ſunt·nam ſcđm eundē
aqua celeſtis ⁊ pluuialis ad bibendum·q· om
nibus antefertur· ſunt autem in ciſterna illa
piſces fluuiales apponendi ut eorum natatu
aqua ſtās agilitate currētiſ aque pure mutet̄
¶ Viſo qualiter eſt edificium conſtruendum
quantum ad ſalubritatem aque·reſtat uidere
qualiter conſtruendū ſit quantum ad ordinē
vniuerſi· In ordine autem uniuerſi prout re/
quirit edificium conſtruēdum ſunt tria conſi
deranda·uidelicet cōditio celeſtis· diuerſitas
uentorum·⁊ diſpoſitio terrarum· ¶ Quantū
ad conditionem celeſtē·ſed duo ſunt attendē/
da·Primo ut yeme debita claritate illuſtret̄·
Secundo ne in eſtate īmoderato calore oppri
matur ꝙ fieri contingit ſi edificium ſcđm ſuā

ampliorem partē reſpiciat oriens yemale·tūc
enim eo ꝙ in yeme opoſituꝫ ſit ſoli debita cla/
ritate illuſtrabitur· In eſtate quidē eo ꝙ obli
que reſpiciatur a ſole habebit in calore tempe
ramentū·nam ſemper radius obliquus mino
rem calorem generat ꝙ̄ directus· ¶Secūdo
in edificando edificio attendenda eſt diuerſi/
tas uentorum·⁊ hoc quantū ad diuerſitatem
camerarū·nam uentus ſeptētrionalis eo ꝙ pu
riorem aerem facit ſalubrior eſſe uidetur pro
pter tempus ergo eſtiuuꝫ in quo homines fa
cilius infirmant̄ edificande ſunt alique came
re oppoſite uento ſeptemtrionali ut in eis ſa/
lubrior cuſtodiatur uita· ¶Tertio quantuꝫ
ad ordinem uniuerſi conſiderāda eſt diſpoſi/
tio terrarū ut in tali loco edificiū conſtruat̄·
cui uiridaria ⁊ pomeria eſſe poſſunt cōnexa·
aſpectus enim taliuꝫ ⁊ deambulatio per ea ad
hilaritatem ⁊ ſanitateꝫ confert· ¶Eſſent aūt
in edificiis conſtruendis quedā alia ꝑticula/
ria dicēda ut qualis deberet eſſe cella uinaria
quia debet eſſe frigida·obſcura oppoſita ſeptē
trioni·debet eſſe longe ab aquis ut a ciſterniſ
⁊ fluminibus·⁊ longe a ſtabulis fimo ⁊ ſterq/
liniis·Sic etiam alie particulares conditiōes
edificiorum diſtingui poſſent· ſed quia talia
nimis particularia ſunt edificatoꝝ induſtrie
relinquantur·

Qꝫ poſſeſſio eſt homini quodāmodo natu
ralis ⁊ abrenuntiantes poſſeſſionibꝰ quo/
dāmodo non uiuunt ut homines· ſed ſunt
hominibus meliores·Caplm·v·

Icto de edificiis ſm ordinē ſuperius
enarratū reſtat dicere de poſſeſſioni
bus·¶Poſſumus autē triplici uia
uenari ꝙ rerum poſſeſſio eſt quodāmodo na/
turaliſ prima ſumit̄ ex neceſſitate uite·ſecūda
ex dignitate hominiſ·tertia ex actione nature
¶Si enim homines naturaliter uiuunt ⁊ ſo/
cietas pollitica eſt quodāmodo homini natu/
ralis ut in prima parte huiꝰ ſcđi libri diffuſiꝰ
probabat̄·oportet aliquomō naturalia eē que
ſunt neceſſaria in uita pollitica·ſed ſm phūm
primo polli·neceſſaria eſt rerum poſſeſſio in

gubernatione domus ſi quis debeat pollitice
uiuere·eo ergo ipſo ꝙ reruꝫ poſſeſſio deſeruit
neceſſitati uite eſt quodāmodo hoī naturalis
¶Secunda uia ad inueſtigandū hoc idem ſu
mitur ex dignitate humana eo enī ipſo ꝙ hō
reſpectu corporalium ⁊ ſenſibiliū eſt creatura/
rum digniſſima habet naturale dominiū ſup
ipſa·quare naturale eſt homini ꝙ dn̄etur iſtiſ
ſenſibilibus ⁊ ꝙ poſſit eis uti in ſuū obſequm
⁊ quia hoc eſt quodāmodo poſſidere ea · ideo
eorū poſſeſſio eſt ei naturalis· Unde ⁊ phūs
primo poli·ubi probat poſſeſſionē taliū natu/
ralem eſſe·ait ꝙ hominū ad beſtias naturali/
ter eſt iuſtum bellū·eo enim ꝙ beſtie naturali
ter homini debēt eſſe ſubiecte ⁊ debent ordina
ri in obſequiū eius·ſi ipē refugiāt obſequium
hoīs·homo contra ipſas bellat tanꝙ̄ cōtra
ea quibus naturaliter dn̄abitur· Sicut ergo
homo naturalr̄ dn̄atur beſtiis· ſic ⁊ naturali/
ter dn̄atur aliis exterioribus rebꝰ ꝙ non eſſꝫ
niſi rerū poſſeſſio quodāmodo naturalis eſſꝫ
¶Tercia ſumitur ex actione nature·nam ſi ī
prima generatione natura nō deficit aīalibꝰ·
ſed naturaliter ꝓparat eis debitum nutrimen
tum congruū eſt ut nō deficiat eis iam ꝑfectiſ
Si enim digniora ſunt perfecta imꝑfectis ⁊ ip
ſis imꝑfectis aīalibus ꝓparatur debitum ali/
mentū a natura multo magis hoc ꝓparabitur
eis iam ineſſe perfectis·Aīalium autē quedaꝫ
ouificant·quedā aīalificant· In aīalibus aūt
facientibus oua cuiuſmodi ſunt aues· ſic na/
tura ordinauit ponens in ipſis ouis album ⁊
rubeum ita ꝙ ex albo generatur auis ⁊ rubeū
cedit in nutrimentū eius· Aui enim exiſtenti
infra teſtā oui nō deficit qn prouideret ei de
debito nutrimento·ſic etiam aīalibus natis ꝑ
gn̄ationeꝫ natura nō deficit quantū ad nutri
mentum quia ſtatim ſolicita eſt inducere lac
in mamillis matris· ut ex eo animalia genita
nutriri poſſint·quare ſi aīalibus imperfectis
natura preparat nutrimētū ⁊ neceſſaria uite·
multo magis hoc facit aīalibꝰ perfectis·Ideo
ait phūs primo pol·ꝙ hec·i·res a quibus nu/
trimentū accipimus date ſunt nobiſ a natura
naturale eſt ergo nobis habere res exteriores
habere ergo dn̄iuꝫ reꝝ exterioꝝ eſt quodāmō

homini naturale quia natura produxit hmōi
ſenſibilia ꝓpter hominem·Sumꝰ enī quodā/
modo nos finis omniū· ut dicitur ſecūdo phi
ſicoꝝ qui ergo talibus abrenunciat ⁊ ꝓponit
uiuere abſq; dominio exterioꝝ rerum nō pro
ponit uiuere ut homo ſed eligit ſibi uitam ce/
leſtem·⁊ ſupra hominē ſicut nubere ⁊ per gn̄a
tionē producere ſibi ſimile eſt homini natura
le·nihilominus tamen multi ſunt qui uolēteſ
uacare maiori bono cōnubia renuūt tales enī
ut ſuperius dicebatur nō uiuunt ut homines
nec ſunt pars ciuitatis·ſed eligunt ſibi uitam
ſupra hominē ⁊ dicendi ſunt hominibus meli
ores naturale eſt homī ergo ut hō eſt ut uult
phūs primo polli·habere poſſeſſionē ⁊ dn̄iuꝫ
aliquaꝝ rerum exteriorū ꝓpter ſufficientiaꝫ
uite natura ergo ſic̄ dedit homini uiuere ſic fe
cit animalia plātas ⁊ herbas ut homoꝰ eis do
minaretur ⁊ ut poſſideret ea ⁊ ut ſuſciperet ī
de debitum nutrimentū ſine quo uita noſtra
durare non poteſt·

Qꝫ utile eſt in uita pollitica quēlibet ꝓpri
is gaudere poſſeſſionibus·Caplm·vi·

Uit opinio ſocratis ⁊ platonis ut re
citat phūs·ii·poli·ꝙ eſſet utile ⁊ ex/
pediens ciuitati ꝙ ciues ꝓpriis poſ
ſeſſionibus non gauderēt ſed omnia eis eēnt
cōmunia ymo ꝙ peius eſt ipſas feminas ⁊ fili
os uoluit eſſe cōmunes:Dicebat enī ſocrates
⁊ plato eius diſcipulus fuit ſecutus ipm dicēs
ꝙ ſi nullus haberet uxoreꝫ ꝓpriam: ſed quili/
bet ad quālibet pro ſua uoluptate accederet·
eſſet ſuprema unitas ⁊ ſuprema dilectio in ci/
uitate·tunc enim omēs uiri diligerent omēs
feminas tanꝙ̄ proprias ſic etiam omēs hoīes
diligerent omnes pueros tanꝙ̄ filios ꝓprios
eo ꝙ neſciret pater quis puer filius ſuus eſſꝫ
ſed reputaret quēlibet ꝓprium filium ⁊ dilige
ret omnes pueros tanꝙ̄ natos ꝓprios · Sic
ergo ſocrates et plato ſenſerunt·Sed in tertio
libro ubi agetur đ regimine ciuitatis hec opi/
nio diffuſius tractabitur· Sufficiant autē ad
preſens ſcire quid ſentiendū ſit de poſſeſſiōe
rerum exterioꝝ ꝓut facit ad regimen ⁊ guber

nationē domus ſi enī hoīes ut plurimū nō
haberēt appetitum corruptū·⁊ ut in pluribus
non eſſent proni ad malum expediret ciuitati
poſſeſſiones cōmunes eſſe eo ꝙ bonū quanto
cōmunius tanto diuiniꝰ·omne enī bonum in
cōmune reductū ſcđm boetium pulcrius elu/
ceſcit·rebus ſtantibus ut nunc utile eſt ciuita
ti ciues gaudere poſſeſſionibus ꝓpriis eo ꝙ
uita ciuilis ſit uita cōmuniū hominum·hoīeſ
enim cōiter non ſunt adeo ꝑfecti ꝙ eſſent con
tenti uiuere tali uita·Poſſumꝰ autē ex diuer/
ſis locis in libro poli·accipere tria per que tri
plici uia uenari poſſumus quod expedit ciui/
tati ciues habere proprias poſſeſſiones·Pr̄ia
uia ſumitur ut remoueatur inertia ⁊ ignauia
Secūda ut prohibeatur litigiū· Tertio ut tol
latur inordinatio ⁊ confuſio·¶Prima uia ſic
patet·nam homo adeo diligit ſeipſuꝫ ꝙ ſemꝑ
magis ſollicitus eſt de bono proprio ꝙ̄ đ alio
uidemus autē ꝙ ſic eſt facile poſſeſſiones con
ſumere ⁊ deuaſtare·⁊ adeo eſt difficile labora/
re ⁊ ꝓprio lucro ſubſtantiā ⁊ poſſeſſiones acq
rere ꝙ in ciuitate contingit multos egere ⁊ eē
pauperes·nō obſtāte ꝙ ciues poſſunt gaude
re ꝑ̄ōnibus ꝓpriis·⁊ ꝙ ſollicitant̄ circa ea tā/
quā circa ꝓpria bona·Si ergo nullus haberet
aliquid propriū ſed omnibus ciuibꝰ eēnt poſ/
ſeſſiones cōmunes quia ciues non ſic eſſent
ſolliciti ad colēdas poſſeſſiones cōes ſicut ſūt
ſolliciti ad ꝓprias ut plurimū contingeret ci/
uitatem illā ſic ordinatā uenire ad inopiā ut
ciues non poſſent ſibi in uita ſufficere· aliqd
igit̄ nō eſt utile ſimpliciter ꝙ eſt utile in caſu
rebus ſi ſic ſe habentibus utile eſt ciuitati ci/
ues habere poſſeſſiones ꝓprias· ne propter
ignauiam circa cōia domus ciuium patiātur
inopiam· ¶Secunda uia ad inueſtigandum
hoc idem ſumitur ex remotione litigii· ut plu
rimū enim cōſurgunt lites ⁊ bella inter parti
cipantes aliqd cōmune·uidemus autem ipſoſ
fratres ex eodem patre natos inter quos ſcđꝫ
phūm·viii·ethi·eſt amicicia naturalr̄ ut pluri/
mū bellare ad inuicē eo ꝙ ſit eis cōmunis he/
reditas quāto ergo magis eſſet diſſentio īter
ipſos ciues inter quos non eſt tanta amicicia
ſi eſſent eis poſſeſſiones cōmunes·¶Tercia

uia ſumit̃ ex remotione inordinationis ⁊ con
fuſionis·nam ſcd̃m phũꝫ·ii·poli· ſic accideret
tunc ſi ciues non haberent poſſeſſiones pro/
prias ſicut accidit cum aliquid cõmittit̃ plu/
ribus miniſtris cum enĩ hoc fit quilibet mini
ſtroꝝ retrahitur ne faciat ꝙ mandatur ſperãſ
aliũ implere ꝙ iubetur· propter quod opoꝛtꝫ
rem illam uel nõ produci ad effectũ uel confu
ſe ⁊ inordinate fieri ut ergo tollatur confuſio
⁊ inordinatio circa expedientia ciuitati· utile
eſt ciues gaudere poſſeſſionibus propriis ut
magis ſollicite ⁊ magis ordinate ⁊ abſqꝫ liti/
gio campi ⁊ terre ⁊ alia fructifera excolantur

## Quomodo eſt utendũ exterioribus bonis· uel rebus ⁊ quis modus uiuendi ſit licitus Caplm·vii·

Phũs primo poli· oſtendit ꝙ ex alio
⁊ alio uſu exteriorum reꝝ conſurgit
alia ⁊ alia uita ſiue alius ⁊ alius mo/
dus uiuendi·ſicut enim uidemus in añalib⁹
⁊ beſtiis ꝙ non omnes utunt̃ eiſdem reb⁹ nec
omnes habent eundem modũ uiuendi ſic in
hominibus habet eẽ·nam aliqua animalia ui
uunt ex herbis aliqua ex põmibus uł fructib⁹
aliqua uero ex raptu· Ideo diuerſi ſunt modi
uiuendi animalium·nam aliqua uiuũt ut ait
phũs diſperſa aliqua agregalia· i·ſociata·Ali/
qua uero uiuunt diſperſa· quelibet enĩ ſic vi/
uunt ut expedit ad ſufficientiam uite ⁊ ut me
lius ſibi pñt cibum ⁊ nutrimentũ querere· ho
mines etiã diuerſimode utuntur exterioribuſ
rebus ⁊ nõ eodem modo uiuendi uiuunt·Di/
ſtinguit autẽ phũs primo poli·iiii·uitas ſim/
plices uel·iiii·modos uiuendi ex quibus con/
binatis reſultant alii modi uiuẽdi uel alie vi
te·Eſt enim uita quadruplex uidelicet paſcua
lis venatiua piſcatiua ⁊ furatiua·Paſcualem
autẽ uitam ducunt uiuẽtes ex agricultura uel
ex animalibus domeſticis· Uenatiua autem
uiuentes ex ſilueſtribus· Piſcatiua autem ex
piſcibus·Sed furatiuã uitam ducunt uiuẽtes
ex rapina ⁊ furto·Contingit autẽ hos modos
uiuendi conbinare·quia quidã uiuunt paſcu/
aliter ⁊ uenatiue·quidam paſcualiter ⁊ piſcati
ue·quidam uero uenatiue ⁊ furtiue·quidã au
tem ex omnibus·nam ex paſcuis ⁊ piſcibus ue
nationibus ⁊ furtis uitam querunt· Horũ au
tem modoꝝ modus uiuendi furtiuuſ omnino
illicitus eſt alii uero modi poſſunt eſſe liciti·
¶ Uiuere enim ex paſcuis ut uiuere ex agris
⁊ animalib⁹ domeſticis cuiuſmodi ſunt oues
⁊ boues ⁊c̃·talia licita ſunt· quia natura talia
produxit ordinans ea ad uſum hominis.ſem/
per enĩ nuper facta ordinantur ad perfectio/
ra·ut aqua ⁊ terra que ſunt inanimata ordi/
nantur ad nutrimentũ arboꝝ ⁊ plantarũ tãqꝫ
imperfecta ad perfectiora arbores uero ⁊ plã/
te tanqꝫ inſenſibilia ordinantur ad nutrimẽ/
tum animaliũ ſenſibilium· omnia autem hec
tam inanimata qꝫ uegetabilia ⁊ ſenſibilia or/
dinant̃ ad nutrimentum ⁊ ſuſtentationẽ ho/
minum propter quod bene dictũ eſt quod ſcri
bitur primo poli·ꝙ natura dedit nobis talia·
oꝛdinauit enĩ ea ad uſum ⁊ dñiuꝫ noſtrũ· lici/
tum eſt ergo ſumere nutrimentũ ex agris ⁊ a/
nimalibus domeſticis quare uita paſcualis ẽ
licita·¶ Sic etiam uenatiua ⁊ piſcatiua de ſe
non ſunt illicita quia enim homo naturaliter
dñare debet nõ ſolum animalibus domeſticiſ
ſed etiam beſtiis ſilueſtrib⁹ ⁊ piſcib⁹ habet cõ
tra talia iuſtum bellũ· propter quod phũs·i·
poli·uult uenatiuaꝫ ⁊ piſcatiuã eſſe uitas lici
tas·ait enim ꝙ hominum ad beſtias ⁊ ad aliã
animalia eſt iuſtum bellũ per ſe enim loquen
do homines iuſte poſſunt talia facere ⁊ ordi/
nare ea in uſum pꝛopriũ·¶ Furtiua autẽ uita
per ſe loquẽdo eſt illicita quia hominũ ad ho/
mines per ſe non eſt iuſtũ bellum· Si enĩ ho/
mines aliqui contra alios iuſte bellant hoc ẽ
quaſi per accidens inquantũ illi aliquo modo
forefaciunt uel forefecerunt in ipſos· Delin/
quid ergo homo offendendo beſtias ſi autem
in offenſione beſtiarum eſt delictũ hoc ẽ quaſi
per accidens·inquantũ talis offenſa redũdat
in offenſam homĩs ut in offenſaꝫ pꝛoprii poſ/
ſeſſoris: Uidetur tamẽ uelle phũs ꝙ nõ ſoluꝫ
hominis ad beſtias ſed etiã hominiſ ad barba
ros ſit iuſtum belluꝫ:homines enĩ barbari et
ſilueſtres quia ab uſu rationis deficiunt natu
raliter debent eſſe ſubiecti hominibus pollen/
tibus ſubtilitate ⁊ prudẽtia·Uidetur enĩ uelle
ꝙ qꝛ ſapientes naturaliter dẽnt dñari inſipiẽ
tibus iuſtũ habere bellum contra ipſos· ſi eis
nolint eſſe ſubiecti·ſm̃ quẽ modũ loquendi ci
ues qui magis uigent prudentia ⁊ intellectu·
iuſtũ habent bellũ contra ruſticos ſi recuſent
ſubici illis propter quod contra tales recuſan
tes ſubici quos dignum eſt eſſe ſubiectos ſm̃
ſententiam philoſophi ſic intellectã· Uidetur
enim licita predatiua uita·ut quod licitũ eſſet
non ſolum hos depredari ⁊ accipere ſua ſꝫ eoſ
etiam accipere in prima ex quo recuſant face/
re ꝙ tenentur·Ueruꝫ quia nulli eſt iniuria fa
cienda per ſe loquendo uita furtiua uel preda
tiua debet illicita iudicari·debet enim quis d̃
proprio uiuere nõ de uſurpatione alieni quia
igitur decet ipſos ciues ⁊ multo magis reges
⁊ principes uiuere uita uirtuoſa·Si uolũt do/
mus proprias debite gubernare·Decet eoſ ſci
re quod ſunt uite uel quot ſunt modi uiuendi
⁊ qui illorum ſunt liciti ⁊ illiciti quoniam nul
lus poteſt uirtuoſe uiuere ſi poſſeſſionibus uł
rebus exterioribus utatur illicite·

## Qꝛ ciues ⁊ multo magis reges ⁊ principes nõ debent infinitas poſſeſſiones appetere· Caplm·viii·

Communiter uidẽtur delinquere ho
mines circa appetitũ poſſeſſionũ et
circa concupiſcentiã diuitiarũ nũqꝫ
enim cõmuniter homines ſaciantur poſſeſſio
nibus ⁊ diuitiis·nam nunquã poſſunt tot ha/
bere quin plura uelint·¶ Aſſignat autẽ phũs
primo poli·duplicem cãm quare concupiſcen/
tia diuitiarum eſt infinita·Prima ſumitur ex
inordinatione uoluntatis· Secunda ex falſa
eſtimatione finis·¶ Prima uia ſic patet nam
ut ipſe ait infinita eſt diuitiarum ɔcupiſcẽtia
cui⁹ cauſa eſt ſtudere homĩes circa uiuere nõ
circa bene uiuere·quicunqꝫ autẽ propter ipſuꝫ
bene uiuere diuitias uolunt fruitioneſ corpo
rales non infinitas querunt· bene enĩ uiuere
eſt uiuere uirtuoſe·hoĩes ergo qꝛ non curant
uiuere uirtuoſe ſed totum ſtudiũ eoꝛum eſt ut
uiuant ſcd̃m corporis uoluptatem cũ diuitie
maxime uideantur hoc efficere ut per eas qui
libet ɔſequi poſſit·ꝙ appetit ut melius hoĩes
pñt explere ꝙ uolũt diuitiis ⁊ poſſeſſionibus
non faciant̃·¶ Secunda uia ad inueſtigandũ
hoc idẽ ſumit̃ ex falſa eſtimatione finis nã ut
diſtinguit phũs primo poli·⁊ ut ſupra in pri/
mo libro diffuſius dixim⁹ alr̃ appetitur finis
⁊ alr̃ ea que ſunt ad finẽ· Nã finis appetit̃ in ĩ
finitũ ea uero que ſunt ad finẽ ſcd̃m modũ et
menſurã ipſius finis ut ſi finis medicine ẽ ſa
nare non poſſet medicus tantã ſanitatẽ indu
cere qn ſi eẽt poſſibile uellet eã maiorẽ efficer̃
Medic⁹ ergo ſanitatẽ qſi appetit inducere in/
finitã·ſꝫ potiꝰ appetit dare ſm̃ modũ ⁊ mẽſu/
rã ſanitatis·cõir ergo hoĩes qꝛ falſã eſtimatõ
nẽ hñt d̃ fine ⁊ putãt ipm̃ finẽ ĩ diuitiis eẽ po
nẽdũ appetũt eas ĩ ĩfinitũ Sꝫ ꝙ ad guberna/
toꝛ dom⁹ ptineat ñ appetere ĩfinitas poſſeſſi
ones duplici uia uenari poſſum⁹·Pria ſumit̃
ex ſilĩtudĩe quã hꝫ yconomica ⁊ ars guberna/
tĩa dom⁹ ad naturã·Scd̃a ex ſilĩtudĩe quã hꝫ
ad artes alias·¶ Prima uia ſic pꝫ·videm⁹ enĩ
naturã ñ ſollicitari circa nutrimẽtũ infinitũ:
ſꝫ tantũ apponit d̃ nutrimẽto quãtũ requirit
aĩal nutriend̃ ut ſi ex albo oui natura generat
auẽ ⁊ ex rubeo nutrit ipaꝫ ⁊ apponit natura ĩ
ouo infinitũ rubeũ ſꝫ tm̃ appõit ibi de eo quã
tũ ſufficit ad nutrimentũ illi⁹ auis·Sic etiã ſi
natura ex mẽſtruo facit aĩal ⁊ ex lacte nutrit
ipm̃ ñ appõit ĩ uberib⁹ ĩfinitũ lac ſꝫ tm̃ appo
nit ibi d̃ eo quãtũ ſufficiat ad nutrimẽtũ aĩał
gñati· Cũ ergo diuitie ⁊ poſſeſſiones oꝛdinẽt̃
ad nutrimẽtũ ⁊ ad ſufficiẽtiã uite ſicut rubeũ
in ouo ad nutrimentũ auis ⁊ lac ĩ uberib⁹ ad
nutrimẽtũ fet⁹·ſi gubernator dom⁹ ñ uult cõ
tra naturã agere ſꝫ uult ſuã domũ regere ſm̃
modũ ⁊ ordinẽ naturalẽ ñ dꝫ ĩfinitas diuitias
⁊ poſſeſſiones appetere·ſed cuꝫ tot hꝫ ꝙ ſcd̃m
exigentiã ſui ſtat⁹ hñ ſufficiãt ad gubernatoꝛ
dom⁹ dꝫ illis eẽ ɔtẽtus·¶ Scd̃a uia ad ĩueſti/
gãdũ hoc idẽ ſumit̃ ex ſilĩtudĩe quã hꝫ ars gu
bernatiõis dom⁹ ad artes alias·nã poſſeſſio/
nes ſũt quedã organa artis gubernatõis do/
m⁹ ſic̃ incus martell⁹ ⁊c̃ hmõi ſunt oꝛgana ar
tis fabꝛilis·nłła autem ars ut ait phũs·i·poli·
habet organa infinita· ergo nec gubernatiua
debꝫ querere infinitas poſſeſſiones· ¶ Decet

igit̃ omnes cives ⁊ multo magis reges ⁊ prin·
cẽ contentos tantis poſſeſſionibus ⁊ diuitiis
quãtas requirit exigẽtia ſui ſtatus· nam non
ſaciari poſſeſſionibus ⁊ diuitiis ut patet per
habita uel ꝓcedit ex falſa eſtimatõne finis uł
ex inordinatione uoluptatis·tanto ergo dete
ſtabilius eſt hoc in regibus ⁊ prin·ꝙ in aliis·
quanto decet habere ordinatiorẽ uoluptatem
⁊ meliorẽ extiſtimationem finis·nã ſicut ĩ pri/
mo libro dicebatur·deteſtabilius ẽ in rege nõ
habere uerã extimationẽ de fine ꝙ in poplo
eo ꝙ pplus a rege dirigit̃· ſicut deteſtabilius
eſt in ſagitante nõ cognoſcere ſignũ quam in
ſagitta eo ꝙ ſagitta a ſagittante dirigatur·

Qꝫ ſunt ſpecies cõmutationũ ⁊ que fuit ne
ceſſitas inuenire denarios·Caplm·ix·

Si conſiderent̃ dicta phĩ in pri·polli·
omẽs cõmutatiões quaſi ad tria ge/
nera reducuntur· Quarũ una eſt cõ
mutatio rerũ ad res·ut frumenti ad vinũ uel
ad ordeũ uel ad alia ſuplentia indigentiã cor/
poralez·Alia eſt cõmutatio rerũ ad nũmiſma/
ta·Tercia eſt nũmiſmatum ad nũmiſmata ut
cum denarii argentei cõmutantur in aureos
uel ecõuerſo· uel nũmiſmata regionis unius
cõmutantur in nũmiſmata regionis alterius
¶Ut ergo ſciamus quõ hmõi cõmutationes
oportuit introduci ſciendũ ꝙ ſi non eſſet niſi
cõitas domus que eſt cõitaſ prima nulla com
mutatio eſſet neceſſaria· naꝫ in domo dñatur
paterfamilias cuius eſt prouidere omnibꝫ ex
iſtentibus in domo· quare omnis cõmutatio
facta ad ſubiectionẽ domus fit a patrefamili/
as·uel per ſe uel per procuratores inter medi
os·nam ipĩus patriſ familias eſt totã indigẽ/
tiam ſubleuare domeſticã·ſed cũ eiuſdeꝫ ad ſe
ipſum nõ ſit nec emptio nec uenditio nec com
mutatio·bene dictũ eſt ꝙ dicitur primo polli·
quia in prima cõitate que eſt domꝫ manifeſtũ
eſt nullũ eſſe opus ipſius cõmutationis· igit̃
propter cõitates alias eſt cõmutatio introdu
cta·Sunt autẽ alie cõitates a cõitate domꝫ ut
cõitaꝫ uici uel ciuitatis uel totius regni ⁊ pro
uincie·uel etiã diuerſorum regnoꝝ aut diuer

ſarũ prouintiaꝝ·Aliquãdo enĩ indigentia ad
uitã nõ inueniunt̃ in toto regno uno propter
qđ oꝫ diſcurrere aliquoſ ꝑ diuerſaſ mõi ptes ⁊
ꝑ diuerſa regna ⁊ regiões q̃rẽdo aromata ⁊ a/
lia q̃ regrunt̃ ad uitam propter enĩ diuerſuꝫ
aſpectum ſiderum ⁊ planetarum aliquibꝫ ha/
bundant partes calide quibus non habũdant
frigide ⁊ econuerſo·propter ꝙ non ſoluꝫ opor
tet cõmunicare ⁊ conuerſari ad inuicem homi
nes unius uici uel unius ciuitatis aut vnius
prouincie ſed etiam diuerſarum prouinciarũ
⁊ regnorum·propter has ergo cõmunitates ĩ
troducte ſunt ille tres ſpecies comutationum
Nam ⁊ ſi ad comunitatẽ uici uel ciuitatis ali
quomodo ſufficeret commutatio reruꝫ ad res
tamen ad communicationem quod habetur ĩ
toto regno oportuit introduci commutationẽ
rerum ad denarios ⁊ econuerſo· Rurſus ſi in
communicatione totius regni ſufficeret com
mutatio reruꝫ ad denarios ⁊ econuerſo ĩ com
municatione tamẽ que eſt diuerſorum regno/
rum ⁊ prouinciarum oportuit introduci non
ſolum commutationem rerum ad res uel reꝝ
ad denarios ſed etiam denariorum ad denari
os et econuerſo·Antiquitꝫ enim homines ut
ſatis innuit phũs primo polli·in ſimplicitate
uiuentes quaſi ſolũ commutabant res ad res
ut ſi unus hũdabat in uino ⁊ alius in frumẽ
to commutabant uinum ad frumentum ⁊ per
huiuſmodi commutationem ſubueniebant ſi/
bi ad ſufficientiam uite·qui modus ut ipẽ ait
adhuc reſuatur apud multas barbaras natio
nes que non habentes denariorum uſum ſolũ
res ipſas commutant· Hic autem modus for/
te in uno uico uel in una uilla obſeruari poſſꝫ
ſed in toto uno regno uel in tota una prouin/
cia ſi prouincia illa eſſet magne latitudinis
commode obſeruari non poteſt· Nam vinum
frumentum et talia·quibus indigemus ad ui
tam cum ſint magni ponderis commode ad ꝑ
tes longinquas portari non poſſunt·oportu/
it ergo inuenire aliquid quod eſſet portabile·
⁊ quod eſſet pulchrum ⁊ utile pro quo inueni
ri poſſent uictualia·hmõi autẽ maxime ẽ argẽ
tum ⁊ aurũ q̃ inter cetera metalla ſunt pulcri
ora ⁊ ſunt utilia ⁊ honorabilia ex eis enĩ pñt

fieri uaſa que ſunt hominibus utilia quibus
factis videtur utens illis eſſe in honore ⁊ glřa
Primitus ergo inuente fuerũt cõmutationes
ad metalla ſolum ſcđm pondera ut uolẽtes ha
bere tantũ uini oportebat dare tantũ ponde/
ris argenti uel auri uel etiã alterius metalli·
ut placebat tunc temporis pplis uel regibus ĩ
ſtituere·ſed quia difficilis erat in omni empti
one uel uenditione ſemꝑ ponderare metalla·
ut ementes ⁊ uendenteſ abſoluerent̃ ab hmõi
pondere ĩ ipſis metallis ſculptũ fuit ſignum
aliꝙ ut imago principis uel aliꝙ aliud ſignuꝫ
publicum per cuiꝫ inſpectionẽ ſciretur quanti
ponderis ⁊ quanti ualoris eſſet metallũ illud
Hoc ergo mõ inuentus fuit denariꝫ ⁊ nũmiſ/
ma qui ẽ quaſi qdaꝫ fideiuſſor nr̃ pro quo ſta
tim ſcđm ipſius ualorem recipere poſſumus
ſupplentia indigentiã uite· In toto ergo uno
regno ne nimis grauarẽtur hoĩes cõmoran/
tes in ipſo cum ex una parte regni oportebat
eos accedere ad aliam portando ſecum victua
lia honeroſa inuentus fuit denarius qui ẽ de
facili portabilis·per cuiꝫ cõmutationẽ victua/
lia inueniuntur·quare cõmutatio reruꝫ ad de
narios ⁊ ecõuerſo·forte ſufficeret ĩ uno regno
uel in una ꝓuincia·ſed qa in diuerſis regnis
diuerſi dñantur·nec eiſdem denariis utuntur
cõmorantes in diuerſis ꝓuinciis ꝓpter com/
mutationẽ rerum ad res· ⁊ rerum ad nũmiſ/
mata oportuit inuenire cõmutationẽ nũmiſ/
matũ ad nũmiſmata·Patet ergo quod ſunt cõ
mutationes·⁊ quõ ſunt inuente ⁊ que fuit ne
ceſſitas inuenire denarios· Decet ergo prudẽ
tem patrẽfamilias ⁊ doctum gubernatorẽ cog
noſcere quõ orte ſunt tales cõmutationes et
ad quid deſeruiunt ut hoc cognoſcendo meliꝫ
ſciat ſue domui ꝓuidere·

Qꝫ ſunt ſpecies pecuniatiue ⁊ que illarum
eſt laudabilis ⁊ que vituperabilis·Ca·x·

Conuenienter poſt tractatũ de poſ/
ſeſſionibus·tractatur de nũmiſmati
bus·nam habere poſſeſſiones ⁊ ha/
bundare uino ⁊ frumento eſt habundare ĩ di
uitiis naturalibus·ſꝫ habũdare in denariis et
nũmiſmatibus ut patet ꝑ phũm primo polli·
eſt habundare in diuitiis artificialibus·Si er
go ars naturã preſuponit ⁊ ubi deſinit opera
tio nature· ibi incipit operatio artis· cõgrue
poſt tractatum de poſſeſſionibus ex quibꝫ ori
untur diuitie naturales annectitur tractatus
de nũmiſmatibus·¶Poſtꝙ diximuſ que fuit
neceſſitas inuenire nũmiſmata ⁊ pecuniaꝫ re
ſtat dicere quot ſunt ſpecies pecuniatiue·Di/
ſtinguit autem phũs in pol· quatuor ſpecies
pecuniatiue videlicet naturalem campſoriam
oboloſtaticam ⁊ canchos ſiue uſuram his enĩ
quatuor modis poſſideri conſueuit multitu/
do pecunie·¶Prima ergo ſpecies ipſius pecu
niatiue dicitur eſſe quaſi naturalis que fit ex
eo ꝙ res naturales cõmutantur in pecuniam
Si quis ergo habundans in uino et frumen/
to que naturaliter producuntur ex eis pecuni
am ſuſciperet talis pecuniatiua quaſi natura
lis diceretur·quia a rebus naturalibꝫ incipet
¶Secunda ſpecies pecuniatiue dicitur eſſe
campſoria hoc eſt ſcđm philoſophum primo
poli·forte primitus caſu ⁊ ſimpliciter inuenta
fuit·ſed deinde per experientiam iam eſt arti/
ficialis effecta· qõlibet enim nũmiſma per ſe
loquendo plus ualet in propria regione· accy/
dit ergo forte aliquos habere aliqua nũmiſ/
mata que non multũ appreciabantur in regi/
one ſua eo ꝙ non eſſet propria regioni illi· ilł
ergo caſu euntibus ad regiones illas quibus
illa nũmiſmata erant propria ⁊ portantibus
nũmiſmata illa accidit eos plus recipere pro
nũmiſmatibus illis ꝙ in partibus propriis·
propter quod caſu campſoria uſi ſunt· Sed ex
hoc caſu ars ſumpſit originem· ut poſtea ho/
mines artificialiter conſiderarent que nũmiſ/
mata in quibus partibus expenduntur ut po
ſtea campſoria artificialiter effecta eſſet cau/
ſa lucrandi pecuniam·Hec enim pecuniatiua
naturalis dici non debet quia nec a rebus na
turalibus incipit· nec ad naturalia termina/
tur·Sed in ea ſcđm phũm primo poli·denariꝫ
eſt elementum ⁊ terminus·i· principium ⁊ fi/
nis·Incipit enim hec ars a denario queꝫ dat
⁊ terminatur ad denarium quem recipit qua/
re ibi denarius finis ⁊ principium dici debet·

perfectum eſſe· tamen ſufficiens eſſe habere nõ
dicitur· latius eſt ergo eſſe ꝙ̃ ſufficienter eſſe
ſic etiam latius eſt ſufficienter eſſe ꝙ̃ virtuo/
ſe eſſe· nam virtute que eſt habitus electiuꝰ et
moralis de qua hic loqui intendimus partici/
pare non poſſunt niſi rationalia ⁊ habentia in
tellectum· Irrationalia ergo ⁊ etiam inanima
ta ſcðm naturam ſuam poſſunt habere eē ſuf/
ficiens· Si habeant perfectiones competētes
proprie ſpeciei· eſſe tamen uirtuoſum habere
non poſſunt quia nequeunt participare virtu
te· Illo ergo modo quo diſtinguimus eſſe· ſuf
ficienter eſſe ⁊ virtuoſe eſſe· diſtinguere poſſu
mus viuere· ⁊ virtuoſe viuere· Qualitercunqȝ
homo habeat eſſe viuit· non tamen dicitur ſuf
ficienter viuere ⁊ habere vitam ſufficientem·
niſi habeat ea que congrue ſufficiunt ad ſup/
plendam indigentiã corporalem· Aliud eſt er
go viuere aliud ſufficienter viuere· ſic etiam ē
aliud viuere ſufficiēter ⁊ viuere virtuoſe· mul
ti enim habent ſufficientiam ad vitam q pro/
pter corruptionē appetitꝰ uirtuoſe viuere ne/
gligunt· Multorũ igitur ⁊ maximorum bono
rum cauſa eſt conſtitutio ciuitatis quia ꝑ eaz
homines conſequuntur omĩa tria predicta bo
na· nam ipſum viuere conſequitur homĩes ex
cõmunitate pollitica· quia ſine ea vita hoĩs
eſſe non poteſt· Loquimur enim hic de viuere
hominis ut homo eſt· Oſtendendo ergo uiue
re pollitiicum ſcðm aliquas leges ⁊ ſcðm aliqͣſ
laudabiles ordinationes· recuſans ſic viuere
non uult viuere ut homo ſed ut ſupra patuit ⁊
infra patebit· talis uel eſt homine peior ul' ho
mine melior· homo enim eſt naturaliter polli/
ticum animal ⁊ ciuile ut infra patebit· ipſum
ergo viuere loquendo de viuere ut homo con/
ſequitur hoĩes ex cõitate pollitica ſiue ex cõſti
tutione ciuitatis· ¶ Secundo ex tali cõſtituti
one hoĩes nõ ſolum conſequitᷣ viuere ſed etiã
ſufficienter viuere· nã in vna domo uel ĩ vno
vico non reperiuntᷣ omnia que ad uitã ſuffici
unt ideo fuit ciuitas conſtituta habens plu/
res vicos in quoꝝ vno exercetur ars fabrilis·
In alio textoria In alio aliud ſm quod variiſ
indigemus ad ſupplendam indigentiam vite·
nunquã enim ē ciuitaſ pfecta niſi habitatoreſ
eius ibi inuenire poſſint oĩa ſufficiētia ad vi/
tam· conſeqmur ergo ex ciuitate nõ ſolũ viue
re ut homo ſz viuere ſufficiēter· eo ꝙ ſi ꝑfecta
exiſtit eſt contētiua omniũ eorũ que ad vitaz
ſufficiũt· bene ergo dictũ eſt quod ſcribitᷣ pͥmo
polli· ꝙ cõitas que eſt ciuitas cõſtans ex plu/
ribus vicis eſt cõitas perfecta qa iam ut cõſe/
quens eſt dicere hmõi cõmunitas eſt habens
terminũ omnis ꝑ ſe ſufficiētie vite· ¶ Tercio
ex conſtitutione ciuitatis conſeqmur virtuo/
ſe viuere· nã inceptio legis latoris ⁊ cõſtituē/
tis ciuitatē nõ ſolũ debet eſſe ut ciues ĩ ciuita
te hēant ſufficientiã ad vitã· ſed ut viuant be
ne ſm leges ⁊ virtuoſe· Ideo dicitᷣ primo pol·
ꝙ facta quidē igitᷣ ē ciuitas viuēdi gratia exi/
ſtens aũt gratia bene viuēdi· forte primũ mo/
tiuũ hominũ conſtituentiũ ciuitatē fuit ipſuz
viuere ⁊ habere ſufficientiã in vita· Uidentes
autem ꝙ ſolitarie nõ poterant ſibi in vita ſuf/
ficere conſtituere ciuitatē ut unus alterius de
fectum ſupplens haberet ſufficientiã in uita·
conſtituta autem iam ciuitate ⁊ hoĩes perſpi/
catius intuentes ⁊ videntes ꝙ nõ ſatis eſt ha
bere ſufficientiã in uita niſi viuãt bene ⁊ vir/
tuoſe· cum ſine lege ⁊ iuſticia cõſtituta ciuitas
ſtare nõ poſſet ordinauerunt cõmunitatē pol
liticam que facta erat ad viuere ⁊ ad haben/
dum ſufficientiam in uita ⁊ ad bene viuere ut
ad viuere ſcðm legem ⁊ virtuoſe· Si ergo tot
bona conſequimur ex conſtitutione ciuitatis
bene dictum eſt quod ſcribitur primo polliti·
Uidelicet ꝙ qui primus ciuitatez inſtituit exi
ſtit cauſa maximorum bonoꝝ·

## Qꝫ homo naturalr eſt animal ciuile nõ ob/ ſtante ꝙ contingit aliquos non ciuiliter vi uere· Capitulum· iii·

Ubitant nõnulli an ciuitas ſit aliqd
ſcðm naturam ⁊ an homo ſit natu/
raliter animal pollitticũ ⁊ ciuile· nam
ea que ſunt ſcðz naturam videntᷣ eſſe ſemper
⁊ ubiqȝ ut ignis ſi aſſit calefactibile ſemꝑ cale
facit ⁊ ubicunqȝ eſt habet exercere calefactiõis
actum quare ſi ciuitas qd naturale eſſet ⁊ hõ
naturaliter eſſet animal ciuile nullus reperi/
retur hõ non ciuilis· Uidemus aũt multos ſo
cietatē pollitticam retinētes eligere ſolitariam
vitã ⁊ campeſtrē· ſz hee ⁊ alie dubitationes ſi/
miles videntᷣ pcedere qa ignoratᷣ quõ natura
le eſt homĩ eſſe animal ciuile nõ enĩ hoc ē ſic
homĩ naturale ſicut ē naturale igni calefacere
⁊ lapidi deorſum tēdere· qꝛ talia ſic eis natura
liter cõpetunt ꝙ ad cõtrariũ aſſuefieri nõ pñt
⁊ cõpetunt eis ſꝑ ⁊ ubiqȝ· nũqȝ enĩ totieſ pcſſz
lapiſ ſurſuz ꝓici ut aſueſceret ſurſũ ire· ſemꝑ
ergo lapis quãtũ eſt de ſe deorſum tendit· ⁊ ſꝑ
ignis calefacit hõ ergo nõ ſic naturalr eſt aĩal
ciuile· ſꝫ dicitᷣ ei hoc naturalr cõuenire· qa hꝫ
quendã impetũ ⁊ quãdã aptitudinē naturalez
ut ciuiliter viuat· que autē ſic naturalia ex ca/
ſu uel ex aliquo impedimēto ſiue ex aliqua cã
impediri pñt ut licet naturale ſit hoĩ eſſe dex/
trũ multi tñ ex aliquo ĩpedimẽto uel ex aliqua
cauſa reperiuntur ahdextri ſic licet naturale
ſit homini viuere ciuiliter· reperiũtᷣ tñ multi
campeſtre viuētes· tangit autē phũs · i· polli·
tria quare cõtingit aliquos renuere ciuilē ui
tam· primũ eſt fortuna ſcðm nimia prauitas·
⁊ tertiũ nimia bonitas· ¶ Contingit enĩ prĩo
aliquos eē nõ ciuiles ex fortuna· ut quia nimi
um paupes exiſtētes nõ pñt ciuiliter uiuere ſꝫ
coguntur ciuitatē exire ⁊ agros excolere·
Sed ꝙ homo redditᷣ nõ ciuilis ē nimia praui/
tas· aliqui enĩ ſic habent appetitũ corruptum
⁊ uolũtatē ꝑuerſaz ꝙ nequeũt uiuere ĩ ſocieta/
te ⁊ ſm legē· Ideo ciuitatē aliqñ exeunt uel ſi
nõ exeant aliquãdo expelluntᷣ hii autē ſũt illi
quos ut recitat phũs· i· polli· maledicebat ho/
merus dicens· maledictus inſocialis· inlegaliſ
ſceleratus affectator belli· Ueluti ſicut ſine iu
go exiſtens· ſicuti uolatilia celi exiſtentia·

¶ Tercio aliqui nõ ciuiliter uiuunt ꝓpter ni
miam bonitatẽ uita enim ciuilis ⁊ coniugalis
eſt uita bona ſed eſt uita ut homo· aliqui autẽ
ſunt tante perfectionis quibus nõ ſufficit ui/
uere ut homo ſed renuentes coniugiũ ⁊ ciuili
tatem eligunt perfectiorẽ uitam nam licet qui
nubit ⁊ qui ciuiliter uiuit bene faciat tamẽ q
non nubit ⁊ qui non ciuiliter uiuit ut liberiuſ
contemplationi uacet· meliꝰ facit· eſt ergo hõ
naturaliter animal ciuile· non obſtante ꝙ cõ/
tingit aliquos nõn ciuiliter uiuere· nam qui/
cunqꝫ non ciuiliter uiuit niſi ex paupertate uel
ex hoc accidat uel eſt beſtia ⁊ ſceleratus ⁊ ſine
iugo non ualens legem ⁊ ſocietatem ſupporta
re uel eſt quaſi deus· ı· diuinus eligens altio/
rem uitam ꝓpter quod ſcribitur primo polli·
ꝙ non potens aliis cõmunicare nulla eſt parſ
ciuitatis ſed uel eſt beſtia uel deus·

Quibus rationibus probari poteſt ciuita/
tem eſſe quid naturale ⁊ ꝙ homo naturalr
eſt animal ciuile ⁊ pollitticum· Ca· iiii·

[D]Emouebantur in precedenti capitlo
obiectiones contrarie p quas proba
ri uidebatur ciuitatem nõ eſſe aliqd
ſm naturam ⁊ hominem nõ eſſe naturaliter
animal ciuile· cum ergo non ſatis ſit remoue/
re omnes obiectiones contrarias ueritatem
aliquam impugnãtes niſi adducantur ratio/
nes ꝓprie per quas illa ueritas confirmetur·
Intendimus in hoc capitulo adducere ratio/
nes oſtendentes ciuitatem eſſe quid naturale
⁊ hominem eſſe naturaliter animal ciuile·
Poſſumus autem duplici uia oſtendere cõmu
nitatem polliticam ſiue ciuitatem eſſe aliquid
ſm naturam· ¶ Prima uia ſumit̃ ex eo ꝙ hoc
cõmunitas complectitur domum ⁊ uicum· ſe/
cunda ex eo ꝙ eſt illarum finis ⁊ complemen/
tum probatur enim ſupra ꝙ uiuere erat homĩ
ſm naturam ut natura nõ deficiat in neceſſa/
riis oportet quid naturale eſſe quicquid ſꝫ ſe·
ſed deſeruit ad ſufficientiam uite· cõmunitas
ergo domeſtica ⁊ etiam uici naturalia ſunt qa
deſeruiunt ad ſufficientiã uite humane quar
cum cõitas ciuilis has cõitates comprehẽdat
⁊ perfectius deſeruiat ad ſufficientiam uite ꝙꝫ
cõitates ille oꝫ eam eſſe ſm naturã· ¶ Scda
uia ad inueſtigandũ hoc idẽ ſumitur ex eo ꝙ
ciuitas eſt illaꝝ cõitatum finis ⁊ cõplementũ
nam ut arguit phũs primo pol· ꝙ eſt finis ge
nerationis naturaliũ eſt quid naturale· ⁊ ẽ na
tura ipſoꝝ generatoꝝ· ut quod eſt finiſ homĩs
generationis ẽ qd naturale ⁊ natura eiꝰ· nam
finis gñationis reꝝ ẽ forma q̃ p antonomaſiã
ẽ qd naturale ⁊ ẽ ipſa naturã· Uidemꝰ aũt ꝙ
cõitas domus ẽ qd naturale nõ ſolũ qa deſer/
uit ad ſufficientiã uite ſꝫ etiã qa cõitates ille
q̃ pficiũt domũ ſũt qd naturale cõſtat enĩ do/
mus ex cõitate uiri ⁊ uxoris dñi ⁊ ſerui patriſ
⁊ filii quaꝝ quelibet ẽ ſm naturã ſic etiã cõi/
tas vici ẽ qd naturale nõ ſolũ qa deſeruit ad
ſufficientiã vite ſꝫ etiã qa gñatio eiꝰ hꝫ eẽ na/
turale fit enĩ vicus naturaliter ex creſcẽtia fi/
lioꝝ collectaneoꝝ ⁊ nepotũ ut uult phũs prio
poli· ꝓpter qd tale cremẽtũ eſt naturale vicus
ipſe qd naturale erit· ciuitas ergo q̃ finis gña
tionis domꝰ ⁊ vici tanquã ad finẽ erit aliud ſm
naturã eo ꝙ ſit finis gñationis naturaliũ· ge
neratio enĩ domꝰ ⁊ vici tãquã ad finẽ ⁊ cõple
mẽtũ ordinatur ad ciuitatẽ· ¶ Uiſo ciuitatem
eẽ aliqd ſm naturã reliquũ ẽ oñdere hominez
eẽ naturalr aĩal pollitticũ ⁊ ciuile ꝙ etiã dupli
ci via inueſtigare poſſumꝰ· Prima via ſumit̃
ex pte ſermonis· ſa ex pte ĩpetus naturał· pba
tur enĩ ĩ pricipio ſcdi libri ex pte ſmõis hoĩez
eſſe naturalr aĩal ſociale eo ꝙ p ſermonẽ acqri
mus inſtructionẽ ⁊ diſciplinã· hoc aũt ex pte ſ
monis oñdere poſſumus hominez eẽ naturalr
animal pollitticum ⁊ ciuile ex eo ꝙ uox huma/
na que dicitur ſermo eſt aliter ſignificatiã ꝙꝫ
vox brutorum· Unde philoſophus ait primo
polliti· ꝙ in aliis animalibus ab homine uſqꝫ
ad hoc eorum natura peruenit ut uox ſit eis
ſignum delectabilis ⁊ triſtabilis ut habeat ſen
ſum delectabilem ⁊ triſtabilem hoc enim ſibi
inuicẽ per uocem ſignificant· canis enim eo ꝙ
latrat aliter latrat cum delectatur ⁊ cum triſta
tur poteſt alteri cani per ſuum latratum ſigni
ficare triſtitiã uel delectationẽ quam habet ſꝫ
hominibus ultra hoc datus eſt ſermo p quez
diſtincte ſignificatur quid conferens quid no
ciuuꝫ ⁊ quid iuſtum ⁊ quid iniuſtum Si ergo
cõmunitas domeſtica ordinatur ad proſequẽ
dum conferens ⁊ ad fugiendũ nociuum cõmu
nitas vero ciuitatis ultra hoc ordinatur ad ꝓ
ſequendum iuſtum ⁊ ad fugiendũ iniuſtum·
oportet cõmunitatem domeſticam ciuilem eẽ
quid naturale· naꝫ ſi natura dedit homini ſer
monem naturalis eſt illa cõmunitas que ordi
natur ad illa· que ſunt apta nata exprimi per
ſermonem iuſtum ⁊ iniuſtum· non proprie ha
bet eſſe in communitate domeſtica· ſed in cõ/
munitate ciuili· In ciuitate enim ubi ciues ha
bent poſſeſſiones ꝓprias ⁊ diſtinctas conſur
gunt lites ⁊ litigia quid iuſtum ⁊ quid nõ iu/
ſtum quod non proprie fit in domo ubi totuꝫ
ad patremfamilias pertinere videtur· Differt
ergo ciuitas a domo quia in ea non ſolum q̃ri
tur quid conferens ⁊ quid nociuum ſed etiam
quid iuſtum ⁊ quid iniuſtum utraqꝫ tamen cõ
munitas erit naturalis tam domeſtica ꝙꝫ ciui
lis eo ꝙ per ſermonem nobis datum a natura
repreſentatur conferens ⁊ nociuum ⁊ iuſtum
et iniuſtum· ¶ Secunda uia ad inueſtigandũ
hoc idem ſumitur ex parte impetus naturalis
nam omnia animalia habent naturalem im/
petum ad conſeruandum ea que ſunt eis a na
tura tributa· quare ſi natura dedit homini vi
uere dedit ei naturalem impetum ad faciendũ
ea per que poſſit ſibi in uita ſufficere· hoc au/
tem maxime contingit ſm philoſophum p cõ/
munitatem ciuilem eo ꝙ ciuitas debeat eẽ cõ/
tentiua omnium que ad uitam ſufficiunt· In
erit ergo hominibus impetuſ naturalis ad vi
uendum pollitice ⁊ ad conſtituendum ciuita/
tem· Sed cum id ad quod habemus impetum
naturalem ſit ſm naturam· oportet ciuitatem
eſſe quid naturale· uel eẽ aliquid ſm naturã·

[Q]d preter cõmunitatem ciuitatis utile
fuit in vita humana eſſe cõmunitatez
regni Caplm· v·

[P]Oſſumus autez triplici via oſtende/
re ꝙ preter cõmunitatẽ ciuitatis vti
le eſt humane vite ſtatuere cõitatez
regni· Prima via ſumitur ex parte ſufficientie
vite· Secunda ex parte adeptionis virtutis· ⁊
tercia ex parte defenſionis ⁊ remotioniſ impe
dimentorum hoſtium· ¶ Prima via ſic patet
nam cum ait phũs primo polli· ꝙ cõmunitas
perfecta que eſt ciuitas conſtans ex pluribus
vicis eſt habens terminum omnis per ſe ſuffi
cientie vite· non ſic intelligendum eſt ꝙ ſemꝑ
oporteat ciuitatem ex propriis poſſeſſionibuſ
habere omnia que requiruntur ad vitam· ſed
ſufficit ciuitatem ſic eſſe ſitam ꝙ per mercati
ones ⁊ ponderis portatiuã ⁊ per humanaꝫ in
duſtriam faciliter habere poſſit ſufficiẽtia vi/
te ſic ergo vicus ĩ quo exercet̃ ars fabrilis ĩdi
get vico alio in quo exercetur ars textoria eo
ꝙ homĩes ad ſufficientiam vite indigeant tã
operibus fabrorum ꝙꝫ textorum· ſic quia con
tingit ciuitates aliquas habundare ĩ vino· et
deficere in frumento in quo contingit ciuita/
tes alias habundare· oportet ciuitatem vnam
indigere auxilio alterius quare ſicut utile eſt
vite humane in eadem ciuitate congregari di
uerſos vicos ut facilius habeantur que requi
runtur ad vitam· ſic vtile eſt ciuitates plures
congregari ſub vno principatu aut ſub vno
regno ut facilius ⁊ melius ſibi inuicem ſubue
niant quantum ad ea quibus indigemꝰ in ui/
ta nam ſicut diuerſa membra corporis nõ eun
dem actũ habent· ⁊ vnum indiget alteriꝰ ope·
ꝓpter quod utile eſt ipſis membris congrega
ri in vno corpore ut ſibi inuicem ſubueniant·
Sic quia non omnes ciuitates habundant in
eiſdem vtile eſt eis congregari ſub vno regno
ut melius poſſint ſibi inuicem ſubuenire· in
his que requiruntur ad ſufficientiam vite·
¶ Secunda via ad inueſtigandum hoc idem
ſumitur ex parte adoptionis virtutis· Inten/
tio enim legis latoris ut ſupra tangebatur ñ
ſolum eſſe debet ut ciues habeant que requi/
runtur ad ſupplendam indigentiaꝫ corporalẽ
Sed etiam viuant ſecundum legez et virtuo/
ſe· Immo tanto principalius debet intẽdere
hoc quam illud quãto anima ẽ potior corpore

⁊ quanto operationes virtuoſe excellunt exte/
riora bona oportet ergo rectores ciuitatis ha
bere ciuilem potentiam ut poſſint cogere et
punire nolentes virtuoſe viuere ⁊ turbantes
pacem ⁊ bonum ſtatum aliorum ciuium qua/
re cum peruerſi in ciuitate aliqua non audeāt
inſurgere contra principeꝫ ſi ſciant ipſū mag
nam habere ciuilem potentiam· et dominare
in ciuitatibus multis ſi conſtet de principe ꝙ
iuſte regat ⁊ ꝙ non conuertatur in tirannum
expedit ciuitatibus propter uirtuoſe viuere ⁊
propter corruptionem peruerſoruꝫ congrega
ri ſub uno regno· ꝙ ſi tamen princeps tiran/
nizare uellet quanto minorem haberet poten/
tiam tanto magis eſſet expediens ciuitati·
¶ Tercia uia ad inueſtigandum hoc idem ſu
mitur ex parte defenſionis ⁊ remotioniſ impe
dimentorum hoſtium· Uidemus enim ꝙ cum
aliqua ciuitas impugnatur confederat ſe ciui
tati alii ut melius poſſit reſiſtere impugnatio
nem hoſtium· cum ergo regnum ſit quaſi que
dam confederatio plurium ciuitatuꝫ eo ꝙ vni
antur ſub vno rege cuius eſt quamlibet partē
regni defendere ⁊ ordinare ciuilem potentiaꝫ
aliarum ciuitatum ad defenſionem cuiuſlibꝫ
ciuitatis regni ſi contingat eam ab extraneis
impugnari propter faciliorem defenſionem et
tuitionem utile fuit ex pluribus cōmunitati/
bus polliticis conſtituere cōitatē unā regni·

Q[?] diuerſi ſunt modi generationis ciuita
tis ⁊ regni· ⁊ ꝙ oportet hunc terciū libruꝫ
in quo determinatur de hmōi regimīe di
uidere in plures partes· Caplm· vi.

Generationis ciuitatis ⁊ regni duos
modos poſſumus aſſignare quoruꝫ
quilibet eſt aliquo modo naturaliſ al
tēr tamen eſt naturalior altero· Primus ē ille
de quo ſupra in ſecundo libro fecimus menti/
onem ubi diximus ꝙ propter excreſcentiā fili
orum collectaneorum ⁊ nepotum domus pōt
in vicum vicus in ciuitatem ⁊ ciuitas in reg/
num excreſcere· ¶ Alius modus eſt ex concor
dia conſtituentium ciuitatem uel regnum· nā
ut recitat philoſophus ſo polli· antiquit9 ho/
mines morabant̄ diſperſi veluđ tempore Ari
ſtotelis contingebat circa quaſdā gentes que
vocabantur archades· ubi quilibet per ſe mo/
rabatur· homines ſic diſperſi morantes aliqñ
concordabant in vnum conſtituentes ſibi ci/
uitatem aliquā in qua ſimul morantes habe/
re poſſent ſufficientius que requirūtur ad in
digentiam uite· hoc ergo modo poſſet fieri cō
ſtitutio regni· ut ſi multe ciuitates ⁊ caſtra ſi
mul confederarentur ⁊ cōcordarēt ut ſub vno
rege exiſterēt timētes īimicoꝝ potētiā Uterqꝫ
autem horum modorū eſt naturalis ſed pri/
mus· n· naturalior ſcdo· Prima eſt cōſtitutio
ciuitatis et regni eſt dupliciter naturalis· Pri
mo enim naturaliſ eſt quia conſtituitur ex ge
neratione que eſt opus nature· ¶ Secūdo na
turalis exiſtit quia homines naturalem hēnt
impetum ad conſtituendam ciuitatē ⁊ regnū
Si enim per generationem ex creſcentibus fi/
liis ⁊ nepotibus in eadem domo ⁊ non valen/
tibus ſimul habitare faciāt ſibi plures domoſ
⁊ conſtituant ſibi uicum ⁊ ulterius excreſcen/
tibus ⁊ non ualentibus habitare in uno vico
faciant ſibi uicos plures ⁊ conſtituant ciuita/
tem· Ante autem ipſis excreſcentibus ⁊ nō va
lentibus habitare in vna ciuitate fabricēt ſibi
ciuitates plures ⁊ conſtituant regnum talis
conſtitutio regni ⁊ ciuitatis eſt maxime natu
ralis non ſolum quia homines habent natu/
ralem impetum ad talem conſtitutionē· Sed
etiam quia hmōi conſtitutio procedit ex gña
tione filiorū que eſt opus nature· ¶ Secund9
autē modus cōſtitutionis regni ⁊ ciuitatis ut
cū ex concordia hominū talis cōſtitutio habꝫ
eſſe licet nō ſit adeo naturalis ut prima attñ
naturalis eſt qa hoīes ꝑpter viuere hñt natu
ralem impetū ut cōcordēt ciuitatē cōſtituere ī
qua reperiunt̄ ſufficiētia ad vitā· ſic etiā hēnt
naturalē impetū ut cōſtituāt principatū ⁊ re/
gnum quia ꝑ talē cōſtitutionē poſſunt magis
pacifice viuere ⁊ magis reſiſtere hoſtibus vo/
lentibus impugnare ipſos· eſt enim huius im
petus naturalis· naꝫ ſicut hoīes naturalē hñt
īpetū ut viuāt ⁊ ut ſufficiāt ſibi in uita ꝙ fit ꝑ
ciuilem ſocietatem· ſic naturaleꝫ hēnt impetū
ut pacifice viuant ⁊ ut naturaliter reſiſtant
hoſtibus quod fit per ſocietatē principatuſ ⁊
regni videmus enim ciuitates non exiſtentes
ſub uno rege plures generales diſcordias ha
bere ad inuicem· ¶ Enumeratis auteꝫ duob9
modis generationis ciuitatis ⁊ regni quoruꝫ
quilibet dici poteſt naturalis· poſſumus adde
re modum tertium qui quaſi eſt ſimpliciter vi
olentus· cum enim homines diſperſi morabā
tur poterat quis inſurgere per tyrannidem et
per uiolentiā ⁊ dominari eis ⁊ ut facilius eis
dominaretur poterat eos uiolenter congrega
re in unum ⁊ conſtituere inde ciuitatē· ſic etiā
⁊ regnum per uiolentiam ⁊ per tyrannidem ⁊
per ciuilē potentiā opprimat ciuitates alias ⁊
faciat ſe regem cōſtitui ſuper illas· ¶ Uiſo di/
uerſos eſſe modos generationis ciuitatis ⁊ re
gni reſtat uidere in quot partes oportet hunc
tertium librū diuidere· in quo de hmōi regimi
ne tractaturi ſumus· patet enim ex dictis na/
turalem generationem ciuitatis ⁊ regni ordi/
nari ad bene uiuere ⁊ ad pacifice uiuere ⁊ ad
reſiſtendum uolentibus turbare paceꝫ ⁊ īpug
nare ciues· Oſtendendū eſt ergo qualiter poſ
ſit bene regi ciuitas ſiue regnum tempore pa/
cis ⁊ qualiter impugnandum ſit hoſteſ tempo
re belli· Uerumqꝫ ut patet ꝑ phūm· ii· metha·
⁊ circa finem elencorum nullus ſibi ſufficit in
inueniendo artem aliquaꝫ· ſed oportet ad hoc
iuuari per auxilium precedentium tradentiuꝫ
notitiam aliquam de arte illa· ideo oportet ꝓ
pter ſufficientiam artis regiminis ciuitatis ⁊
regni recitare quid ſenſerūt philoſophi de hui
uſmodi regimine ⁊ quō antiquitus regebant̄
ciuitates nam ex hoc aliqualiter manuduce/
mur ad ſciendum quid uitandum ⁊ quid imi/
tandum ſit in regimine regni ⁊ ciuitatis· totū
ergo hunc librum tertium diuidemus in tres
partes· nam primo narrabūtur opiniones phi
loſophorum circa regimen ciuile ⁊ reprobabū
tur ea in quibus uiſi ſunt non bene ſentire cir
ca hmōi regimen· recitabuntur ergo prima re
gimina inſtituta ab antiquis philoſophis· ut
per eorum noticiam manuducantur reges et
principes quomodo debeant regere ciuitates
⁊ regna· Secundo oſtendetur qualiter optima
pollicia ſiue optimum regnum ⁊ quibus cau/
telis uti debeant principantes· ⁊ quomodo tē
pore pacis propter viuere ſufficienter ⁊ virtu
oſe regenda ſit ciuitas ⁊ regnū· ¶ Tertio ma
nifeſtabitur quō eligendi ſunt pugnatores· ⁊
qualiter impugnandi ſunt hoſteſ ⁊ quomodo
ordinande ſunt acies bellorum ⁊ quibus cau/
telis uti debeant bellantes·

Q[?] ſocrates ⁊ plato dixerunt ciuitatem eſſe
⁊ quid ſenſerunt de ciuili regimīe ordinatā
Caplm· vii·

Ocrates autem quādiu ꝓbātus eſſꝫ
circa naturas rerum· Uidēs circa na
turalem ſcientiā magnā difficultatē
eſſe ut narrat phūs in metha· ſua conuertit ſe
ad moralia quem plato ſuus diſcipulus ī mul
tis ſecutus eſt· propter quod phūs platonem
ſm ſocratem appellauit· Determinando autē
ſocrates ⁊ plato de moralibus quinqꝫ tetigiſ/
ſe videntur circa ciuitatem ⁊ regnum ciuile·
¶ Primum eſt quia dixerunt ciuitatem debe
re eſſe maxime vnam quia forte ideo hoc opi/
nati ſunt quia ſemper multitudo ab vnitate
procedit· ⁊ ſemper vnitas uidetur eſſe potior
multitudine· unde prima cauſa deus ipſe qa
eſt ſumme unus arguitur eſſe ſumme bonus·
uidetur ergo ciuitas eſſe potiſſime bona ſi ſit
potiſſime una· igitur quanto plus ad unitatē
procedit tanto plus appropinquat ad termi/
num bonitatis· ¶ Secundum autem qō circa
ciuitateꝫ ſtatuerunt dicti philoſophi eſt quia
dixerunt ciuibus omnia eſſe cōmunia debere
ut ꝙ haberent omnes poſſeſſiones cōmunes
uxores' ut ꝙ quilibet accederet ad quamlibet·
⁊ per conſequēs haberent cōmunes filios· naꝫ
quia propter cōmunem uſum feminarum pa/
tres non certificarentur de propriis filiis· re/
putarent quemlibet puerorum eſſe filium pro
prium· uidebatur enim ſocrati ⁊ platoni totaꝫ
diſſenſſionem ciuium conſurgere ex proprie/
tate poſſeſſionum ⁊ ex eo ꝙ quilibet utitur di
cere hoc eſt meum· quare ut arguebat ſi poſſeſ
ſiones eſſent cōmunes ⁊ ciues nihil haberent
proprium ceſſarent eorū proprie lites et eoꝝ

ſurgia ⁊ eſſet ciuitas optime ordinata· Uole/
bant etiam uxores eſſe cõmunes quia ex hoc
conſurgeret maxima dilectio inter ciues· nam
uxoribus non exiſtentibus propriis ſed com/
munibus eſſent cõmunes filii ⁊ quia patrum
ad filios eſt maxima dilectio ĩ ciuitate illa eēt
maximus amor eo ꝙ antiquiores diligerent
omnes iuniores ut filios· ⁊ iuniores eos dili/
gerent ut patres· Poſuerunt etiaꝫ huiuſmodi
cõmunitatem uxorum ⁊ filioruꝫ ut eſſet maxi
ma vnitas ⁊ maxima coniunctio ĩ ciuitate nā
cum ſit maxima vnitas ⁊ maxima coniunctio
patrum ad filios antiquiores reputarēt ſe ha
bere maximam vnitatem cum iunioribus · et
econuerſo eo ꝙ crederent eos eſſe ſuos filios·
illi uero opinarentur eos eſſe ſuos patres·
¶ Tercium uero quod ſenſerunt dicti philo/
ſophi circa regimen ciuitatis eſt quia dixerūt
mulieres inſtruendas eſſe ad opera bellica et
debere bellare ſicut et viros· Inducebant̃ eñ
ad hoc ut philoſophuſ recitat ſecundo polliti·
ex his que videbant in beſtiis ⁊ in animalibuſ
aliis in quibus non ſolum bellant maſculi ſed
etiam femine· Immo in beſtiis ⁊ in auibus vi
uentibus ex rapina feroc ores eſſe videntur fe
mine ꝗ mares· nam ſi conſideramus aues ip/
ſas viuentes ex raptu maiores corpore ⁊ au/
datiores corde ⁊ preſtantiores viribuſ ſunt fe
mine ꝗ maſculi· ut ancipitres ⁊ auſtures ⁊ a/
quile ut dicitur ſunt omnes femine· quarum
maſculi ſunt uiliores eis· quare ſi in aliis ani
malibus hoc videmus ꝙ non ſolum bellāt ma
res ſed femine quia maxime videtur eſſe ſcōꝫ
ordinem naturalem in quo cõmunicamus cū
animalibus aliis· videtur ciuitas maxime na
turaliter ordinata ſi ad opera bellica ordinen
tur non ſolum viri ſed etiam mulieres·
¶ Quartum ꝙ dixerunt inſtituendum eſſe ĩ
ciuitate eſt quia ſemper volebant eos de prin
cipari ⁊ eſſe in magiſtratu· ut qui erant offici
ales ſemper eſſent officiales ⁊ qui prepoſiti ſē
per prepoſiti ⁊ ſic de magiſtratibus aliis aſſu
mebant etiam ad hoc exemplum de terra· Ui/
demus enim partes terre in quibus habūdat
vena auri ſemper quaſi habundare ibi talem
venam ⁊ in quibus habundat vena argenti ſi
militer ſe habere· ſi ergo natura ſic agit ꝙ ve/
nam auri non conuertit in venam argenti uel
in venam ferri nec econuerſo· quia maxime be
ne operamur ſi imitamur actiones nature· et
maxime bene regitur ciuitas ſi imitetur ordi/
nem naturalē· Uena auri ut principātes mai
ori principatu uel exiſtentibus in maioribus
principatibus ⁊ vena argenti ut exiſtentes in
minoribus non debent conuerti in venā ferri
ut ꝙ fiant ſubditi ⁊ deponantur a magiſtrati/
bus ſuis· ¶ Quintum autem ꝙ dicti philoſo
phi ſenſerunt ſtatuendum circa ciuitatem eſt
quia dixerunt ciuitatem quālibet diuidendā
eſſe in quinqꝫ partes· videlicet in agricolas·
artifices bellatores conſiliarios ⁊ principem·
Dixerunt enim agricolas neceſſarios eſſe ad
conſtitutionem ciuitatis propterea que requi
runtur ad victum· Artifices uero neceſſarii e
rant propter veſtimenta ⁊ domos ⁊ alia que
requiruntur ad vitam· Bellatores quidem ne
ceſſarii exiſtebant propter defenſionem ciui/
tatis ⁊ reprimendos hoſtes· dicebant auteꝫ ci
uitatem ſi bene ordinata erat ad minus debe/
ret habere mille bellatores· ⁊ ad plus quinqꝫ
milia· Principes vero ⁊ conſiliarii neceſſarii
erant in ciuitate ad dirigendum ciues ut vir/
tuoſe viuerent· ⁊ ut debite obſeruarent leges
tangebant autem dicti philoſophi quedā alia
circa regimen ciuitatis de quibus ſi locus oc/
curiat merito fieri poterit·

## Q̄ ñ oporꝫ ciuitatē maximā vnitatē ⁊ con formitatem habere ut ſocrates ⁊ plato ſta/ tuerunt· Caplm· viii

Primam vnitatē ⁊ equalitatem non
oportet querere in omnibus rebus·
nā ſi oīa eēnt equalia iā ñ eſſent oīa
ad hoc eñ ꝙ ſint oīa que requirūtur ad vni/
uerſum ⁊ ad hoc ꝙ vniuerſum ſcōm ſuum ſta
tum ſit maxime perfectum oportet ibi dare di
uerſa ſm ſpēm· nā qa tota bonitas vniuerſi ñ
poteſt reſeruari in una ſpecie· oꝫ ibi dare ſpeci
es diuerſas ut in pluribus ſpeciebus entium
reſeruetur maior perfectio ꝗ in una tantū· ſic
etiam in ciuitate ad hoc ꝙ habeat eſſe perfec/
tum oportet dare diuerſitatē aliqꝫ nec oportet
ibi eſſe omnimodā conformitatē ⁊ equalitatē
ut ſocrates ⁊ plato credebant · ¶ Tangit aūt
phūs ſo poli· quaſi ſex rōnes probantes ꝙ nō
oportet ciuitatē eſſe maxime unitā ⁊ maxime
conformē· ¶ Prima ſumitur quantuꝫ ad eſſe
ipſius ciuitatis· Secunda per compationē ad
exercitium· tercia per compationē ad partes·
quarta p compationem ad principantes ⁊ ſub
iectos· quinta p compationē ad finē· ſexta per
cōparationē ad ea que uidemus in aliis totis
¶ Prima uia ſic patet nam maior eſt vnitas
vnius ſingularis hominis ꝗ totius domuſ ⁊
domus ꝗ uici ⁊ uici ꝗ ciuitatis ⁊ ciuitatiſ ꝗ
regni· Conſtat enim domus ex pluribus per/
ſonis· Uicus enim ex pluribus domibus· ciui
tas ex pluribus uicis· ⁊ regnū ex pluribus ciui
tatibus· Si ergo tantū uniretur domus ꝙ oēſ
habitantes in ipſa fieret una perſona iam nō
remaneret domus ſed fieret homo unus ali/
quis ſingularis· ſic ſi tantum uniretur uicus
ꝙ fieret una domus iam non remaneret uic⁹
Eodem autem modo ſi tantum vniretur ciui/
tas ꝙ fieret vnus vicus uel vna dom⁹ non ul
terius remaneret ciuitas· requirit enim ciui/
taſ aliquā diuerſitatē ultra ꝗ ſi deſcendatur
perit eſſe eius· Dicere ergo in ciuitate uel in
regno eſſe debere omnē vnitatē eſt dicere ciui
tatem nō eſſe ciuitatem ⁊ regnum nō eſſe reg
num· ¶ Secunda uia ad inueſtigandū hoc iō
ſumitur per compationem ad exercitum uł ad
pugnationē· nam ut dicitur ſo poli· alterum ē
compugnatio ⁊ ciuitas· nam hoc quidē ſ· com
pugnatio utilis eſt ſm quantitatem ꝗuis ſit
idem ſpecie· Eſt enim cōpugnatio auxilii grā
ſicut enim plures homines magis trahūt na/
uem quantum illi plures ſint eiuſdem ritus ⁊
ſint ſimiles ⁊ conformes· ſic plures homines
magis bellant· ciuitas autem nō ſic ſed conſti
tuta eſt ad ſufficientiā uite· quia ergo diuerſ
indigemus ad uitaꝫ oportet in ciuitate diuer
ſitatem eſſe· ¶ Tercia uia declarans ⁊ mani/
feſtans uias predictas ſumitur per compario
nem ad partes nam ſicut qa idem corpus di/
uerſis indiget operibus ut ambulatōne tactu
viſione ⁊ auditu· Ideo oportet ibi dare diuer
ſa membra exercentia diuerſos actus· ſic quia
ad indigentiā uite indigemus domibus ueſti
mentis ⁊ uictualibus ⁊ aliis hmōi· oportet in
ciuitate dare diuerſitatem aliquaꝫ ut in ea re/
periat̃ ſufficientia ad uitaꝫ· ſicut ergo ſi ñ eēt
diuerſitas in mēbris corpis ut ſi omnia eſſent
oculi corpus impfectū eſſet· qa licet uideret ñ
poſſet audire nec ambulare ſic ſi eſſet maxima
conformitas in ciuitate ut ꝙ omēs eſſent tex/
tores uel coriarii· ciuitas impfecta eſſet qa ad
ſufficientiā uite nō ſolū indigem⁹ calciamētiſ
ſed etiā indigemus uictualibus ⁊ domibus et
aliis que reqrūtur ad uitā· ¶ Quarta uia ſu/
mitur p compationē ad principātes ⁊ ſubiec/
tos· nam cū ciuitas ſit ordo ciuiū ad aliquem
principantē uel dominantē ut cuꝫ in ciuitate
oporteat dare aliquos magiſtrat⁹ ⁊ aliquaſ p
poſituras ꝙ nō eſſet niſi ibi aliq eſſent domi/
nantes ⁊ aliqui ſubiecti· Quare cū hoc diuer/
ſitatē requirat oportet in ciuitate dare diuer/
ſitatē aliquā· ¶ Quinta uia ſumitur p compa
tionem ad finē· nā finis ciuitatis eſt bene vi/
uere ⁊ habere ſufficientiā in uita· nā ciuitas ē
cōitas habens terminū omīs p ſe ſufficientie
uite· ſed ut dictū eſt ad ſufficientiā uite reqrū
tur diuerſa· Ideo oportet ciuitatē hr̄e aliquaꝫ
diuerſitatem· in ſe diuerſos hr̄e vicos ut expe/
pediens ad uitā ꝙ nō reperitur in uno vico re
periatur in alio· ¶ Sexta uia ſumitur p cōpa/
tionē ad alia tota· ut nunꝗ melodia q̄ eſt mul
titudo uocū ē bene ꝓportionata ſi ſint oēs vo
ces eq̄les· ſꝫ ad rectā ꝯſonantiā oꝫ ibi dare di/
uerſitatē tonoꝝ ſic pictura nunꝗ ē bene ordi
nata niſi ibi ſit diuerſitas coloꝝ· ſic ⁊ ciuitas
nunꝗ bene ordinata erit niſi ſit ibi diuerſitaſ
officioꝝ· Decet ergo hoc reges ⁊ prīcipes cog
noſcere qa nunquā qs bene nouit regere ciui
tatē niſi ſciuerit qualiter conſtituit̃ ⁊ niſi cog
noſcat ꝙ oportet in ea diuerſitatē eſſe·

## Q̄ non expedit ciuitati omnia ſic eſſe cōia ut ſocrates ordinauit ⁊ ꝙ reges ⁊ prīcipes hoc decet cognoſcere· Caplm· ix·

Ermo in principiis debet eſſe long⁹ ⁊ ꝙ paruus error in principio maximus eſt in fine· diu ergo ſunt principia ptractanda ⁊ longis ſermonibus ſunt excutienda ne circa ipſa contingat error· quare cum in regimine ciuitatis primo ſit pollicia ordinanda· diu inueſtigandũ eſt qualiter ciuitatem oportet eſſe unam ⁊ quam diuerſitatez habere debet· ⁊ quomodo ciues decet ſe habere ad inuicẽ quibus cõmunicare debent utruʒ omnia deberent eſſe cõia ⁊ quid debeant hr̃e propriuʒ· hec enim ſunt quaſi principia ⁊ q̃ſi quedam preambula ad ſequentia· Volum⁹ autem in hoc capitulo oſtendere ꝙ nõ expedit ciuitati habere omnia cõmunia ut ſocrates ordinauit· nec ſequerentur illa bona que opinabatur ſocrates ſi ſic ordinaretur ciuitas credebat enĩ ſi eſſent cõmunes poſſeſſiones uxoreſ ⁊ filii ceſſarent litigia quia crederẽt ciues oẽs pueros eſſe filios ſuos ⁊ ſic eſſet in ciuitate maximus amor· ¶ Poſſumus autem triplici uia oſtendere ꝙ hoc non expedit ciuitati prĩo quia non ceſſarent litigia· ſcḋo quia ciues nõ reputarent omnes pueros ꝓprios filios· tertio quia inter eos non eſſet magnus amor·

¶ Prima uia ſic patet nam quãtumcunqꝫ poſſeſſiones eſſent cõmunes uſus tamen ptinentium ad uictum eẽt ꝓprius· nam ſicut fieri nõ poteſt quod ex omnibus ciuibus fiat unũ corpus realiter ita eſſe non poteſt ꝙ ille idẽ cib⁹ qui nutrit corpus unius ciuis nutriat corpuſ alterius· exiſtentibus ergo poſſeſſionib⁹ cõibus oporteret cuilibet diſtribui que requiruntur ad ſuplendã indigentiam corporalẽ ⁊ qa homo nimis decipitur in proprio cõmodo ſẽper uidetur ei ſe plus debere recipere q̃ꝫ accipiat· Immo quia impoſſibile eſt omnes ciues equaliter eſſe prudentes ⁊ bonos ⁊ eſſe equaliter utiles ciuitati ſtatim inſurgeret rixa inter ciues quia quilibet crederet plus eẽ acceptum ut dum unus ciuis iudicaret ſe meliorẽ alio ul' licet ſecundũ dignitatẽ ſuam ei fieri retributionem· Hanc autẽ equalitatẽ nõ de facili eſſet poſſibile reſeruari inter ciues abſqꝫ diſcenſiõe ⁊ lite quia quilibet deceptus in iudicando de ſeipſo appretiatur ſe plus ualere q̃ꝫ ualeat· cõmunitas ergo poſſeſſionũ q̃ꝫ ordinabat ſocrates ad uitandum lites potius eſſet cauſa litigij q̃ꝫ pacis· nam ut ſupra in ſecundo libro tetigimus hec eſt uita perfectoruʒ nõ habere ꝓprium· perfecti autem ſunt pauci· Lex ergo ĩponenda omnibus ciuibus ⁊ toti populo debꝫ eſſe talis ſm quã homineſ cõmuniter poſſint uiuere· unde ⁊ phũs ait in poli· ciues non eſſe applicandos legibus· Sed leges ciuibus tales enim debent eſſe leges ⁊ talis debet eſſe ordinatio ciuitatis que competat omni populo ⁊ cõmuni uite· cui⁹ modi nõ fuit ordinatio ſocratis quia inter gentes cõiter uiuenteſ abſqꝫ multis litigiis obſeruari non poſſet· Dato tñ cõmunitatẽ poſſeſſionũ poſſe obſeruare abſqꝫ litigiis· cõitatem tamẽ feminaꝝ ꝓpter quam uolebat ſocrates filios eſſe cõmunes non eſt poſſibile obſeruari abſqꝫ litigiis· ¶ Secunda uia ſic patet· nam ſi omnia ſic eſſent cõmunia non oporteret ciues omnes pueros reputare filios ꝓprios· ymmo quia pueroꝝ aliqui eẽnt ſimiles aliquib⁹ ciuibus ⁊ aliqui aliis quilibꝫ ciuis appropriaret ſibi in filium quẽ uideret ſibi eſſe ſimilẽ· Unde ⁊ phũs narrat ſecundo politi· ꝙ apud quaſdã gentes ut in ſupiori libro uxores ſunt cõmunes· filios tamẽ ciues diuidunt ſm ſimilitudinẽ· quilibet enĩ appropriabat ſibi in filios quos uidebat ei eſſe ſimiles· nam ⁊ in aliis animalibus hoc contingit quia multe femelle reddunt filios ſiles fratribus· quẽadmoduʒ ĩ terra fallarie quedã eque erãt ut phũs recitat ſemper reddebant filium ſileʒ patri ꝓpter quod uocata eſt iuſta nõ ergo ſuppoſita cõmunitate uxorum eſſet bonum illud quod oppinabatur ſocrates uidelicet ut ciues omnes pueros crederent eſſe proprios filios·

¶ Tercia uia ſic patet nam ſuppoſita cõitate uxorum non eſſet tantus amor in ciuitate ut opinabatur ſocrates· nam modica coniunctio plus inducit de amore ſi ſit certa ⁊ nota quaʒ multa ſi ſit ignota ⁊ dubia· licet eniʒ maior ſit coniunctio patris ad filiuʒ q̃ꝫ patrui ad nepotem plus tamen patruus diligeret nepotem ſi firmiter crederet ipſum eſſe talẽ q̃ꝫ pater filiũ ſi rationabiliter dubitaret ſe eum genuiſſe· nã plus eſt modo de dilectione ĩ ciuitate ut phũs innuit· ii· polli· quia vnus diligit aliũ tanquã filium· alius tanquã fratreʒ· alius tanquã nepotem alius tanquã fratruelẽ· appellat auteʒ phũs fratueles qui ſunt ex duobus fratribus nati· alius vero diligit ipſum tanquã contribuelem· i· tanquã natum ex eadeʒ tribu ul' ſm aliquã aliam conſanguineitatẽ q̃ꝫ fuerit· quã ponebat ſocrates· modica enĩ cõſanguineitas ſi ſit nota ⁊ certa maiorẽ dilectioneʒ cauſat q̃ꝫ filiatio ſi ſit dubia ⁊ ignota· cõmũitas ergo illa quã ponebat ſocrates nõ eſt expediens ciuitati· Decet autem hoc reges ⁊ principes diligenter aduertere ut ſciant ſic ciuitatem ordĩare ut expedit cõitati ciuium·

Que mala conſequunẗ ſi in ciuitate vxoreſ ⁊ filii ponantur eſſe cõmunes· Caplm· x·

Hũs ſcḋo pol· probat multa mala ſequi in ciuitate· ſi uxores ⁊ filii ponãtur eſſe cõmunes quãtũ enim ad preſens ſpectat enumerare poſſum⁹· v· mala que phũs tangit ibidem ſequẽtia ex tali cõitate· Primũ eſt iniuria conſanguineoꝝ· Secundũ vilificatio nobilium· Terciũ iniuria filiorum Quartũ in temperantia venereoꝝ· Quintuʒ abuſio parentũ· ¶ Primũ ſic patet· naʒ oꝫ ĩ ciuitate conſurgere lites uulnerationes· ⁊ cõtumelias que tanto deteſtabiliores ſunt quãto cõmittuntur in pſonã magis coniunctã· expedit ergo ciuitati ꝓpter honeſtatem ⁊ bonitatẽ moꝝ parentes eſſe certos de ſuis filiis· ⁊ quoſlibet certificari de eoꝝ conſanguineis· ne propter ignorantiã filii in proprios parẽtes ⁊ cõſanguineos interſeipſos iniurias ⁊ contumelias inferant· quare cũ cõitas uxorum quã ſocrates ordinauit tollat certitudinẽ filiorum ⁊ notitiam conſanguineitatis nõ eſt cõmendãda quia ex hoc conſequitur aliquos de facili ꝓpter ignorantiã iniuriari conſanguineis ſuis ¶ Secundum malum ſic oſtendiẗ nam ſuppoſita cõitate uxorum ⁊ filiorum ſequereẗ vilificatio nobilium ⁊ exaltacio agricolarũ ⁊ perſonarum vilium· nam eſſe nõ poteſt uxores ⁊ filios cõmunes· niſi equalis cura geratur de filiis nobiliũ ⁊ cuſtodũ ciuitatis que geritur de filiis agricolarũ ⁊ perſonarũ viliuʒ· quare filii nobilium deprimenẗ ⁊ viliũ exaltabuntur· nõ ergo erit amicitia inter ciues· quia ſm phũm in ethi· ꝓportionale ⁊ equale amicitiã ſoluit· cum ergo boni ⁊ nobiles ſint ſupra uiles ⁊ ignobiles: tunc eſt amicitia inter eos quando q̲libet ſe habet ſm proportionẽ ſuam· ut quãdo ignobiles ſeruient nobilibus ⁊ nobiles eis retribuunt mercedem ſm proportionem ſeruitii· Velle ergo filios ciuiũ cõmunes eẽ ⁊ eq̃leʒ curam geri de filiis nobiliũ ⁊ ignobiliũ eſt vilificare nobiles ⁊ exaltare ignobiles ⁊ non ſaluare amicitiam inter eos· ¶ Terciũ malum ſic declaratur nam ſuppoſita predicta cõmunitate· ſequeretur incuria filiorum· nã ut dicit phũs viii· ethi· multis eſſe amicum ſm pfectã amicitiam nõ contingit nec cõtingit multaſ pſonaſ ſimul amare ualde· naʒ ualde amare dicit quãdam ſuperhabundãtiam· Suphabundantia q̲dem magis eſt apta nata eẽ ad vnũ q̃ꝫ ad multos vnde in eodem· viii· concludit philoſoph⁹ ꝙ multis placere ualde nõ eſt facile quare ſi q̲libet ciuis crederet quẽlibet puerorũ eſſe proprium filium· qa partiretur eius amor in tantam multitudinẽ modicũ diligeret vnũquẽqꝫ· ⁊ modicum curaret de vnoquoqꝫ· Immo quilibet ciuis niſi eſſet fatuus nullo modo ſuſpicari poſſet omẽs pueros eſſe ſuos filios· ſi ergo omnes diligerent tanq̃ꝫ filios hoc eſſet ratione duorum uel trium pueroꝝ quos crederent eſſe ꝓprios filios ⁊ quia illi nõ eſſent eis certitudinaliter noti opinabaẗ ſocrates ꝙ omẽs alios intime diligerent ꝓpter illos· Sed ut arguit phũs primo polli· ꝓpter duos uel tres ul' ꝓpter paucos pueros velle magnã multitudinem diligere puerorum tanquã proprios filios hoc eſt ponere parũ de melle ĩ multa aqua ſicut ergo parum mellis totum vnũ fluuiuʒ ñ poſſet facere dulcem· ſic amor duorũ uel triũ filiorũ innumerabilẽ multitudinẽ puerorum exiſtentium in ciuitate vna non poſſet reddere placibilem ⁊ dilectã· Sed nõ exiſtente dilectione ciuium ad pueros nõ habebitur eorũ cura debita· ſequiẗ ꝙ ſuppoſita cõmunitate quã ordinauerat ſocrateſ nõ habeatur debita cura nec diligentia debita erga filios· ¶ Quartuʒ

malū ſic oſtendi poteſt quia uirtus generatiua
ē ita corrupta ⁊ ſic eſt inſatiabilis cōcupiſcen
tie appetitus· ꝙ nō habēte uiro niſi vnā vxo/
rem· adhuc eſt valde difficile debite ⁊ tēpate ſe
habere erga illā ſicut ergo prouocata gula per
multitudinē ciborū difficile ē eſſe abſtinenteſ
ſic prouocatis venereis p multitudinē feminaꝝ
dificile ē ⁊ quaſi īpoſſibile ē eſſe tēperatū·
Quintū autē malū ſic manifeſtari poteſt· naꝫ
non hn̄tibus pentib⁹ cognitionē d̄ proprijs
filijs ⁊ filiabus deleui fieret abuſus pentū et
conſanguineoꝝ· ut ꝙ filij cognoſcerent mr̄es
⁊ patres filias· Socrates uolens hoc inconue/
niens vitare dixit ꝙ ſpectabat ad principē ciui
tatiſ hr̄e curā ⁊ diligētiā ne filij coirēt cuꝫ ma
tribus· ⁊ patres cum filiabus· Sed ait philo/
ſophus hoc nō ſufficit· quia ſi filij ⁊ filie cōes
erant· ⁊ non iudicabantur eis proprij parētes
dato ꝙ prohiberet̄ filio actus venereus circa
matrē· ⁊ patri circa filiā nō prohibebatur eis
amor libidinoſus ⁊ concupiſcentia ex quo nō
manifeſtabatur eis parentela illa· quare cum
in pſonis tā cōiunctis non ſolum deteſtabilis
ſit actualis commiſtio· ſed etiam abbominabi
lis ſit concupiſcētia ⁊ amor libidinoſus repre/
henſibilis erat opinio ſocratis de cōitate vxo
rum ⁊ filiorū· ¶ Decet ergo reges ⁊ pricipes
ſic ordinare ciuitatem· ut prohibita cōmunita
te feminarū ⁊ vxorū certificentur parentes de
proprijs filijs·

Quō expediat ciuitati poſſeſſiones eſſe
cōes proprias ⁊ ꝙ cōes· Capitulū· xi·

Sſe res cōes ut ait philoſoph⁹ · ij·
pol· tripliciter pōt intelligi· nam in
rebus deſeruientibus ad victum
eſt cōſiderare duo videlicet res fructiferas ut
agros vineas arbores· ⁊ fructuꝫ qui oritur ex
talibus rebus· ut vina frumenta poma· quare
ſi ſit cōmunitas ciuiū erga talia: vel erūt co/
munes res fructifere ⁊ diuident̄ fructus· uel
poſſeſſiones erant pprie ⁊ fructus redigent̄
in cōmune ꝙ antiquitus ut recitat phūs apd̄
quaſdam nationes fiebat· uel utrumqꝫ erit cō
mune tam res fructifere q̄ꝫ fruct⁹· ut ſocrates
ordinauit· volebat eniꝫ ut ſupius tangebatur
ꝙ ſimul eſſet pprium in ciuitate nec poſſeſſi/
ones nec fructus nec filij nec uxores ꝙ nulla
diſſenſio oriretur in ciuitate· Uidetur autem
hec ordinatio ſocratis ut phūs ait ſupficiete/
nus conſiderata ualde expediens ciuitati· cuꝫ
enim quis audit ciuitatem ſic ordinatam eſſe
ubi eſt tanta cōitas ciuiū reputat eam felicem
eſſe ⁊ exiſtimat ciues ſe maxīe diligere ⁊ abſqꝫ
litigio viuere inter quos tanta cōitaſ obſerua
tur· ſed ut dicitur ſcd̄o polli· in actibus parti/
cularibus oportet ad experiētiā recurrere· ex
perti enim ſumus ꝙ habētes aliqua cōmunia
plura litigia inter ſe habent q̄ꝫ ſi quilibet pro
pria poſſideret· ¶ Poſſumus autē triplici via
inueſtigare ꝙ ſi res ciuiū cōmunes eſſent plu
ra litigia in ciuitate conſurgerent q̄ꝫ ſi gaude
rent poſſeſſionibus pprijs· Prima via ſumi/
tur ex parte poſſeſſionum cōium· Secunda ex
parte cōicantium in rebuſ illis· Tercia ex par
te imparitatiſ ciuiū· ¶ Prima via ſic patet nā
cum aliquid eſt cōmune aliquibus cum vnus
ab uſu ⁊ fructu illius rei cōmunis ppter aliuꝫ
impeditur conſurgit lis ⁊ diſcordia inter eos·
Uidemus enī fratres vterinos ppter heredi/
tatem quā cōmunem hn̄t multa habere liti/
gia dum vnus hereditate illa non vtitur put
alteri expedire videtur· ſi ergo fratres vterini
qui pauci ſunt ⁊ firmiter credunt ſe eſſe tāta
conſanguinitate cōiunctos multa habent liti
gia quia hereditatem hn̄t cōmunem quanto
magis inter ipſos ciues· ſi omnia eis eēnt cōia
multa orirentur litigia· cum ipſi multi ſint et
diuerſarum voluntatū· nec ſit inter eos tanta
coniunctio conſanguinitatis· ſicut inter vteri
nos fratres· nam ⁊ ſi fieret ut ſocrateſ dicebat
ꝙ omnes ciues ppter cōitatem mulierū ⁊ uxo
rum crederent ſe eſſe conſanguinitate cōiunc/
tos attamē inter eos ſcd̄m rei veritatem non
eſſet tanta cōſanguinitas ſicut inter fratres
vterinos· Jmmo illa conſanguinitas que īter
illos exiſteret certa ⁊ nota eſſe nō poſſet ut in
p̄habitis pbabatur· ſi ergo certa conſangui
tas non tollit diſſenſionē paucoꝝ habentium
hereditatē cōmunem multomagis infra hmōi
diſſenſionē non poſſet tollere inter multoſ ut
inter omnes ciues· ¶ Secunda via ad inueſti
gandū hoc idem ſumit̄ ex parte comunicātiū
in hereditate cōmuni nam quāto aliqui plura
habent cōmunia tanto magis ad inuicem con
uerſantur· ſed cuꝫ eē non poſſit aliquos ualde
⁊ diu conuerſari ad inuicē niſi īter eos litigia
oriantur ex parte ipſoꝝ communicantiū ī he/
reditate cōmuni eo ꝙ oporteat eos ualde ad
inuicem conuerſari oſtenditur ut plurimū ho
mines habere lites ⁊ iurgia ppter quod phūs
ait· ij· pol· ꝙ ab ipſiſ famuliſ quib⁹ plurimū in
digemus ppter ancillares adminiſtrationes
maxime offendimur ⁊ indignamur erga illos
qa oportet nos habere ad illos multa colloqa
⁊ diu conuerſari cum illis· Quare ſi inter do/
minos ⁊ ſlos quos habent ita ſubiectos prop
ter diuturnā conuerſationē tot litigia oriunt̄
quāto magis orirentur inter ciues quoꝝ vn⁹
alteri ſubeſſe nō uellet ſi haberent hereditatē
cōmunē ⁊ ſi oporteret eos ualde ad inuicē con
uerſari· ¶ Tercia via ſumit̄ ex parte impari/
tatis ciuiū nam ſi omnibus ciuib⁹ eſſent here
ditates cōmunes qa ualde difficile eſſet ⁊ val
de ſumptuoſum tantā multitudinem extrane
orū querere qui poſſent tantā terram colere·
expediret ciuitati ſic diuidi ut aliqui ciuium
terram colerent aliqui vero inſiſterent circa
cuſtodiā ciuitatis que ⁊ ſocrates concedebat·
cum ergo cuſtodes ciuitatis nobiliores ſint a
gricolis tanquā meliores ⁊ nobiliores eſtima
rent ſe plus eſſe accepturos de fructibus poſ/
ſeſſionū q̄ꝫ illi· Jnſurgeret igitur diſſenſio in
ter eos qa agricole magis laborātes circa poſ
ſeſſiones minus de fructibus caperent· Con/
ſiderata ergo infirmitate hominū ⁊ diligenter
viſo· ꝙ cōmuniter ppl̄s a uia pfecta deuiāt ex
pedit ciuitati ne inter ciues oriantur diſſenſi
ones ⁊ iurgia non ſic eſſe poſſeſſiones cōmu/
nes ut ſocrates ſtatuebat· Uia autem phī ſi cō
ſideretur modus ⁊ ſtatus hominū eſt expediti
or ciuitati· ait enim poſſeſſiones ⁊ res ciuium
debere eſſe pprias ⁊ cōmunes· pprias quideꝫ
quantum ad dn̄ium cōmunes uero ppter vir
tutem liberalitatis· ¶ Diligenter igit̄ inſpec
ta humana cōditione prout cōmuniter ppl̄us
obſeruatiuus eſt legum ⁊ laudabilium ordina
tionum expedit cuilibet hr̄e res ⁊ poſſeſſioneſ
pprias quantū ad dn̄ium· nam qlibet dn̄ans
bonis pprijs adhibebit debitam diligentiam
circa illa· Expedit autē talia eſſe cōmunia ſm̄
liberalitatem· quia ciues inter ſe debent libe/
rales eſſe cōicando ſibi inuicem ppria bona·
Unde ⁊ apud lacedemones ut recitatur ſcd̄o
polli· tanta erat liberalitas ꝙ licet quilibet ha
beret ppria bona quantū ad dn̄ium tamen p
pter liberalitatem quātum ad vſum erant illiſ
ciuibus cōmunes ſerui· equi· canes· quilibet
enim ciuiū cū indigebat abſqꝫ alia requiſitiōe
utebatur alterius equis· canibus ⁊ ſeruis·

Qꝫ reges ⁊ principes nō debent diſponere
ciuitateꝫ ſic ꝙ mulieres ordinentur ad opa
bellica ut ſocrates ſtatuebat· Ca· xij·

T in precedentibus dicebatur ſocra
tes ſtatuit mulieres inſtruendas eē
ad opa bellica ⁊ debere bellare ſicut
⁊ viri aſſumens exemplū ex beſtijs ex quibus
tam mares q̄ꝫ femine bellant· Sed qa reges ⁊
principes ⁊ vīr illi quorū eſt ciuitatē diſpone/
re non debeant ordinare mulieres ad opa bel
lica ſed viros triplici via venari poſſumuſ ſm̄
tria que requiruntur ad bellū: homines enim
bellatores decet eſſe mente cautos ⁊ puidos
corde viriles ⁊ animoſos· corpe robuſtos ⁊ for
tes· cautela enī et puidentia eſt neceſſaria in
bellis· nam aliquādo ppter cautelas adhibi/
tas plus ſuperantur hoſtes ex ſagacitate q̄ꝫ ex
fortitudine· pauci enim bellatores ſi ſint ſaga
ces ⁊ induſtres ſupant multos non fortitudi/
ne ſed prudentia· mulieres ergo qa habēt con
ſilium inualidum ⁊ ab uſu rationis deficiunt
non ſunt ita induſtres ⁊ puide ſicut viri non
ſunt ordinande ad opa bellica· Nam in bellis
magna cautela eſt adhibenda etiaꝫ induſtria
qa ſm̄ uegeciū in de re militari ſi alia male ac
ta recuperari poſſunt caſus tn̄ belloꝝ irreme/
diabiles ſunt ex ipſa igitur induſtria que re/
qritur in bellantibus arguere poſſumus mu/
lieres inſtruendas non eſſe ad opa bellica·
¶ Secunda via ad inueſtigandum hoc idem
ſumitur ex virilitate ⁊ animoſitate q̄ reqritur

in bellantibus·naꝫ ut dicitur tercio ethi·finiſ ⁊ terminus omnium terribiliū eſt mors· opa ergo bellica que requirunt hominēꝫ impauidū ⁊ animoſum eo ꝙ bellantes opponant ſe periculis mortis mulieres autem cōmuniter ſunt pauide ⁊ inuiriles quod contingit eis tam ex fragilitate corporiſ q̄ꝫ ex frigiditate complexionis·nam ut dicebatur ſupra frigiditas uiam timori preparat·frigidi enim eſt conſtringere ⁊ retrahere·Animoſi vero ⁊ virilis eſt ad alia ſe extendere·calor enim reddit habentem animoſum ⁊ virilem·Frigiditas vero timiđ ⁊ puſillanimū·quare mulieres que ſunt pauide et puſillanimes ad opa bellica deſtinari nō dēnt In bellis eniꝫ melius eſt pauidos expellere q̄ꝫ eos in ſocietate habere·nā cum humanum ſit timere morteꝫ viriles etiā ⁊ animoſi trepidāt videntes timidos trepidare·ne igitur reddantur bellantes puſillanimes quos conſtat eſſe timidoſ oportet ab exercitu expelli·¶ Tercia via ſumitur ex parte fortitudinis corporalis nam cum bellantes oporteat diu ſuſtinere armorum pondera ⁊ dare magnos ictus expedit eos habere magnos humeros ⁊ renes ad ſuſtinenduꝫ armorum grauedinē ⁊ habere fortia brachia ad faciendū ꝑcuſſiones fortes· mulieres igitur eo ꝙ habent carnes molles ⁊ deficiunt a fortitudine corporali ad opa bellica ordinari non debent·Ratio autē que mouit ſocratē ad hoc ponendū ſumpta a ſimilitudine beſtiarū inſufficiens eſt·qa ſm phūm·ii·poll· beſtiis nihil obtinꝫ yconomice nec participāt ratione hominis·ergo ſm debitam yconomicam ⁊ ſcđm debitā diſpenſationē ordinare domum ⁊ ciuitatē quare in his in quibus beſtie preter rationem agunt eas ſequi nō debent

Qꝫ reges et prīcipes nō ſic dēnt diſponere ciuitatem ut ſemꝑ idem in eiſdem magiſtratibus preponantur· Ca·xiii·

debet per tale regimen gubernari· naʒ conſue
tudo eſt quaſi altera natura· propter quod re-
gimina ex conſuetudine efficiuntur quaſi na-
turalia· Populus ergo ſi per diuturnā conſue
tudinem obediuit patribus: filiis ⁊ filiorum fi
liis: quaſi naturaliter inclinantur ut volunta
rie obediant: quare cum omne voluntariuʒ ſit
minus oneroſum ⁊ difficile: ut libentius ⁊ fa-
cilius obediat populus mandatis regis: expe-
dit regie dignitati per hereditatem ſuccedere
Determinare igitur domum ⁊ proſapiam ex q̄
aſſumendus eſt rex ſedat litigia· tollit piranni
dem: efficit quaſi dominiuʒ naturale· Litigia
enim ſedat quia multociens inter eligētes diſ
ſenſiones oriuntur propter electionem princi
pis propter quod turbatur pax regni· Tiran
nidem tollit quia dominantes per electionem
ut patet per habita non ſic diligunt bonū reg
ni ſicut hereditarie principātes· ⁊ quia hoc eē
tirannum non intendere bonum regni tales
facilius tirannizant: Facit etiam hoc domini
um naturale qa ꝑpl'us quaſi naturaliter incli-
natur ut obediat iuſſionibus talis regis· Ex
hoc autem patere poteſt ꝙ non ſolum expedit
regno determinare proſapiam ex qua preficiē
dus eſt dominus ſed etiā oportet determina-
re ꝑſonam nam ſic oriuntur diſſentiones ⁊ li-
tes ſi ignoretur ex qua proſapia aſſumendus
ſit rex: ſic etiam litigia oriuntur ſi non deter-
minetur que perſona in illa proſapia debeat
principari· talem autem determinare perſonā
difficultatē non habet· nam ſi dignitas regia
per hereditatem transferatur ad poſteros· oʒ
eam transferre in filios: quia ſcd̄m lineam cō-
ſanguinitatis filii parentibus magis ſunt cō-
iuncti: oportet autem talem dignitateʒ magis
transferre ad maſculos ꝙ̄ ad feminas· qa ma-
ſculus eſt femina ratione preſtātior corde ani

moſior: paſſionuʒ minus inſecutor· Jnter ma
ſculos autem oportet talem dignitatem tribu
ere magis primogenito ꝙ̄ aliis: qa ut ait phūs
in politicis decet iuniores ſenioribus obedire
Jmmo quia pater plus cōmuniter primogeni
tos diligit ut magis ſit cure regi de bono reg-
ni expedit ſtatuere regnū ſuccedere primoge-
nito: ut pater ampliori ſollicitudine curet de
bono regni ſciens ipſum peruenire ad filium
plus dilectum· Et ſi dicatur ꝙ cōtingit aliqñ
magis diligere minores talibus obiectionibꝰ
de facili reſpondetur quia facta humana ⁊ ge-
ſta particularia omnino ſub recta regula ⁊ ſub
certa narratione non cadunt: ſufficit ergo ī ta
libus pertranſire probabiliter ⁊ leges ſtatuere
que ut in pluribus continent veritatē· Quia
vero ſuperius tangebatur videlicet ꝙ ire per
hereditatē dignitatē regiam ē exponere ſe for
tune eo ꝙ ignoretur qualis regius filiꝰ ſit fu-
turus· Dici debet ꝙ vix ſunt aliqua geſta hu-
mana que ex aliqua parte nō exponantur peri
culis· Jlla tamen magis cauenda ſunt que plu
ribus periculis exponunt̃· Videmus autem ꝑ
experientiā plura mala oriri in ciuitatibus et
regnis ubi non eſt dominus aliquis naturalis
nam contingit alia aliquando diu carere gu-
bernatore ⁊ cum gubernatorem habēt ut plu-
rimum tirannizant plura enī hmōi mala ī ta-
libus regiminibus vidimus que enumerare ꝑ
ſingula longum eſſet· Dicere ergo poſſumus
quod expedit regno filium ſuccedere in regīe
patris ⁊ ſi aliquis defectus eſſet in filio regio
ad quem deberet regia cura peruenire ſupple-
ri poterit per ſapientes ⁊ bonos: quos tanquā
manus ⁊ oculos debet ſibi rex in ſocietateʒ cō
iungere: valde tamen reprehenſibiles ſunt re-
ges ⁊ principes ſi non nimia cura ſollicitētur
ꝙ filii ab ipſa infantia diſciplina ⁊ bonis mo-
ribus ſint imbuti: cum bonum cōmune ⁊ toti
us regni in hoc conſiſtat: nec ſufficit ꝙ quia
ſolus primogenitus regnare debet ut de eo ſo
lo cura habeatur diligens· Jgnoratur enim
quid diuina prouidentia ſtatuit ⁊ neſcitur cui
filiorum ſuccedat regnum· Jdeo ne periclitet̃
bonum cōmune de omnibus cura diligens eſt
habenda·

## Que ſunt in quibus rex alios debet excede/re ⁊ quomodo differat rex a tiranno.

Caplm·vi·

Phūs·v·poll·narrat tria in quibꝰ rex alios debet excedere·Dicit enīꝫ ꝙ antiquitus reges a triplici exceſſu con/ſtituebantur·Primo ab exceſſu beneficii·nam qꝛ populus non percipit niſi ſenſibilia bona quos uidet eſſe liberales ⁊ beneficos nimis ardenter modo in eorum amorē: ⁊ optat eos habere in dominos·Inde eſt ꝙ antiquitus plu/res ſic preficiebantur in reges· nam ſi aliquis fuerat primo beneficus gēs illa tracta ad amorem eius preficiebat ipſum in regem· Secūdo poteſt aliquis prefici in regem ab exceſſu vir/tuoſorum actionum:nam quia bonorum vir/tuoſorum eſt diligere bonum cōmune potius quā priuatum ideo reputatur dignus ⁊ prefi/citur in regē qui a populo creditur virtuoſus ¶ Tercio conſueuit prefici aliquis in regem ab exceſſu potentie ⁊ dignitatis·naꝫ quia probabile eſt nobiles et potentes magis verecundari opari turpia q̄ alios:⁊ quia tales ut plu/rimū uel ſunt uel credūtur eē magis apti ad principandum:ideo pluries per hunc moduꝫ antiquitus aliqui regna obtinuerūt· Si ergo ex talibus exceſſibus rex generatur ⁊ preficit̃ ſi recta ſit generatio eius oportet huiuſmodi exceſſum peramplius ⁊ perfectius reperiri in rege iam in dignitate regia conſtituto ſic eniꝫ videmus in generationibus naturaliuꝫ quod ſignatur:ignis per rarefactionem ⁊ caliditatē quia materia tunc ignis calefacit ⁊ rarefacit: oportet raritatem ⁊ calorem perfectius reperiri in igne iam generato ⁊ in eſſe conſtituto· q̄ reſi exceſſus beneficii actionis virtuoſe ⁊ etiam potentie poſſunt eſſe cauſa ut rite aliquis conſtituatur in regem decens eſt tales exceſ/ſus in ipſa monarchia pfectius reperiri·decet enim ipſum regem uolentem recte regere quā tum ad preſens ſpectat ad tria ſollicitari·

¶ Primo ut ametur a populo·Secundo ut cura peruigil procuret cōmune bonum· Tercio ut caſtiget ⁊ puniat mouētes ſeditiones ⁊ turbantes populum:quare expedit regem habere predictos tres exceſſus:nam ſi habundet ī beneficiis tribuendis diligetur a populo·Si ex/cellat in actionibus virtuoſis procurabit commune bonum:quia ſi virtutis eſt tendere ī bonum eius: erit magis tendere in maius bonuꝫ bonum ergo gentis eſt cōmune quod eſt diui/nius q̄ aliquod bonum ſingulare magis procurabit vir bonus ⁊ virtuoſus q̄ bonum ali/quod proprium ⁊ priuatū· Tercio expedit eū habundare in ciuili potentia ut poſſit corrigere volentes inſurgere ⁊ turbare pacem regni· ¶ Viſo in quibus rex alios debet excedere re/ſtat oſtendere quomodo differat a tiranno tāgit autem phūs·v·polli·quatuor differentias inter tirannū ⁊ regem·Prima eſt quia rex re/ſpicit bonum cōmune tirannuſ uero bonū proprium·nam regnum eſt principatus rectus·tirannides uero dominium peruerſum· cum ergo bonum gentis ſit diuinius bono vnius·puerſe dominatur qui ſpreto bono cōmuni in/tendit bonum proprium· ¶ Ex hac autem differentia prima ſequitur ſecunda videlicet ꝙ tirannus intendit bonum delectabile rex vero bonum honorificum nam ſicut inenarrabile eſt quanto quis delectatur ī bono proprio ſic quaſi inenarrabile eſt quantus honor ſequit̃ ⁊ quanto honore eſt dignius intendens com/mune bonum· Quare ſi tirannus intendit bonum proprium ⁊ priuatum ſequitur ꝙ eius intentio uerſetur circa bonum delectabile· Sed intentio regis uerſatur circa bonum honorifi cum eo ꝙ ipſe intendat cōmune bonum·

¶ Ex hac autem ſecunda differentia ſequitur tercia videlicet ꝙ intentio tirannica eſt circa pecuniam:tirannuſ quia ſpreto cōmuni bono non curat niſi de delectationibꝰ ꝓpriis maxime uerſatur ſua intentio circa pecuniam cre/dens ſe per eam poſſe huiuſmodi delectabilia obtinere·Sed regis intētio uerſatur circa vir/tutem ⁊ ut ciues ſint virtuoſi quia ex hec ma/xime reſultat bonum honorificum ⁊ cōmune· ¶ Ex hac autem differētia tercia ſequitur q̄r/ta videlicet ꝙ tirannus nō curat cuſtodiri a ciuibus ſed ab extraneiſ·rex uero uult cuſtodiri ab ipſis ciuibus ⁊ a genitis in proprio regno· nam tirannus eo ꝙ ſpreto cōmuni bono non curat niſi de delectationibus propriis videns ſe eſſe oneroſum ⁊ tedioſum ab his qui ſunt ī regno· Ideo totam ſuam cuſtodiam corporis cōmittit extraneis:ſed rex econuerſo eo ꝙ vi/deat ſe maximam habere de bono regni ⁊ communi maxime confidit de his qui ſunt in reg/no. Ideo facit ſe cuſtodiri a propriis non ab extraneis.

## Qꝫ tirannides eſt peſſimus principatus ⁊ ꝙ ſumme debent cauere reges ⁊ principes ne eorum dominiū in tirannidem conuertatur·

Caplm·vii·

Vadruplici via venari poſſumus ti/rannidem eſſe peſſimum principatū Prima ſumitur ex eo ꝙ tale dominium maxime recedit ab intentione cōmuniſ boni·Secunda ex eo ꝙ eſt maxime innaturale Tercia ex eo quod eſt efficaciſſimum ad nocēdum·Quarta ex eo ꝙ impedire habet maxime bona ipſorum ciuium· ¶ Prima via ſic patet quia ſi dominatur rex non receditur ab intē/tione cōmunis boni eo ꝙ rex nō eſt niſi ſit virtuoſus ⁊ niſi intendat cōmune bonum· Unde iii·polli·ꝙ dicitur principari talem eſt quaſi partiri principatum in multos · Uel ꝙ idem eſt quaſi principari multitudinē eo ꝙ in tali principatu intendatur bonum multoruꝫ· Sic etiam ſi dominentur plures quia diuites· uel quia creduntur uirtuoſi· ulˀ ſi dominetur totꝰ populus dato ꝙ ſic dominantes non intende/rent niſi bonum proprium non omnino rece/derent ab intentione cōmunis boni eo ꝙ plu/res eſſent ſic principantes·et omne autem bonum priuilegium eſt quodāmodo bonum cō/mune·Sed ſi tirannus dominetur cum vnus ſit dominans ⁊ non intendat niſi bonum proprium omnino receditur ab intentione cōmunis boni·principatus ergo quia non eſt rectꝰ niſi ſit quodāmodo quid diuinuꝫ ⁊ quia in eo principaliter debet intendi bonuꝫ cōmune ꝙ eſt diuinius q̄ aliquod ſingulare tanto tirannides eſt principatus peior quanto in eo plꝰ receditur ab intentione cōmunis boni· Hanc autem rationem tangit phūs circa principiuꝫ iiii·polli·ubi ait ꝙ ſicut regnum eſt optima et digniſſima pollicia ſic tirannides eſt peſſima cuius cauſa eſt ut ibi dicitur quia tirannides plurimū diſtat a pollicia·i·a cōmuni bono·

¶ Secunda via ad inueſtigandum hoc idē ſumitur ex eo ꝙ tale dominium maxime eſt na/turale·nam illa eſt nuturalis operatio erga aliquid quando ſic agitur ut eſt aptum natum agi·quare tunc regnū naturaliter agitur quādo homines exiſtentes in ipſo ſic reguntur ut ſunt apti nati regi:homo auteꝫ quia libero arbitrio ⁊ ratione participat tunc naturaliter regitur ⁊ ut eſt aptus natus regi quando voluntarie ſeruit ⁊ libere obedit: quare quanto do/minium aliquorum magis eſt inuoluntariuꝫ magis debet dici innaturale tirannideſ igitur eſt peſſima quia maxime eſt inuoluntaria et maxime contra naturam eo ꝙ ſit maxime ſub/ditorum afflictiua hanc autem rationem tan/git phūs in eodem·iiii·polli·ubi ait tirannidē eſſe peſſimum principatum quia nullus libe/rorum uoluntarie ſuſtinet principatum taleꝫ· ¶ Tercia via ſumitur ex eo ꝙ talis principa/tus eſt efficaciſſimus ad nocendum·naꝫ ſicut principatus regis eo ꝙ ſit maxime vnitus eſt efficaciſſimus ad proficiendum ſic tirannideſ efficaciſſima ad nocendū· monarchia· n·quia ibi dominatur vnus ⁊ eſt ibi virtus vnita·ideo uel ē optima uel ē peſſima· nam ſi monarchia habet intentionem rectā tunc eſt rex optimus principatus·quia propter vnitatem virtutis poteſt multa bona efficere:ſi uero monarchia habet intentionem peruerſam tunc tirannus eſt peſſimus quia propter ſuam vnitam potē/tiam poteſt multa mala efficere· ¶ Hanc autē rationem tangit phūs·v·polli·ubi ait tirannidem eſſe obligartiam extremam·i· peſſimam· quia eſt maxime nociua ſubditis· ¶ Quarta via ſumitur ex eo ꝙ per tale dominium impe/diuntur maxima bona ipſorum ciuium· Tirānus enim non ſolum procurat mala eorum q ſunt ī regno ſꝫ etiā ſatagit īpedire eoꝝ maxīa bona·Tangit autem phūs·v·polli· tria maxi/ma bona que ſatagit impedire tirannus vide/licet pacem virtutes ⁊ ſcientias· Tiranni enī

nolunt cives habere pacem ⁊ concordiam ad
inuicem· Rurſus nolunt eos eē magnanimos
⁊ virtuoſos· Nec etiam volunt ipſos eſſe ſapi/
entes ⁊ diſciplinatos quare autem tiranni pre
dicta bona impediunt in ciuibus infra dicet̃
ſufficiat autem ad preſens ſcire tirannidez eē
peſſimum principatum propter rationes tac/
tas· Q̃ autem reges ſummo opere cauere de/
beant ne principentur principatu tirãnico vi
dere non eſt difficile· nam tanto peior eſt pri/
ceps quanto peiori dominio principatur· qua
re ſi omnē diligentiã adhibere debet rex ne ſit
peſſimus· ſumme curare debet ne dominetur
ꝑ tirannidem qui eſt peſſimus principatus·

Quod eſt officium regis ⁊ qualiter
rex ſe habere debeat in regimine ci
uitatis ⁊ regni·

Caplm·viii·

I rex aut princeps gentem ſibi com/
miſſam uult debite gubernare ⁊ ſcire
deſiderat quod ſit eius officium dili
genter cõſiderare debet in naturalibus rebus
nam ſi natura tota adminiſtratur per ipſuz de
um qui eſt princeps ſũmus ⁊ rex reguz a quo
rectiſſime regitur vniuerſa tota natura: qua/
re a regimine quod videmus in naturalibus
deriuari debet regimen quod trahendum eſt
in arte de regimine regum eſt enim ars imita
trix nature· In naturalibus autem ſic videm⁹
ꝙ natura primo dat rebus ea per que poſſunt
conſequi finem ſuum· Secundo dat eis ea per
que poſſunt probibentia remouere · Ter/
tio per hmõi collata naturaliter intendunt in
ſuos fines ſiue in ſuos terminos ut natura dat
igni leuitatem per quam poteſt tendere ſurſũ
Secundo dat ei calorem per quem agit ⁊ reſi/
ſtit contrariis· Tercio ignis per ea que acce/
pit a natura: naturaliter tẽdit ſurſum: ergo ad
hoc ꝙ regimen ſit bonum ⁊ naturale tria req/
runtur· Primo ut populus taliter diſponatur
⁊ ordinetur ut poſſit conſequi finem intentuz
Secundo ut remoueantur probibentia ⁊ deui
antia ab hmõi fine · Tercio ut dirigatur et
promoueatur in finem predictum· Sic enĩ vi
demus in ſagitta dirigenda in ſignum aliqđ
quia primo efficitur recta ut poſſit melius in
finem tendere· Secundo efficitur pennata ut
melius aerem ſcindat: ne probibeatur tendere
in ipſum ſignum· Tertio a ſagittante dirigit̃
⁊ ſagittatum in ſignum intentum· Rex igitur
⁊ quilibet director populi eſt quaſi ſagittator
quidam· populus vero eſt quaſi ſagitta quedã
dirigenda in finem ⁊ in bonum· Tria igitur
ſpectant ad regis officium quia primo ſollici
tari debet ut gens ſibi cõmiſſa habeat per que
poſſit conſequi finem intentum· Secundo de
bet probibentia remouere· Tertio gentem ip
ſam debet in finem dirigere· ¶ Ea vero que đ
ſeruiunt ut populus poſſit conſequi finem in
tentum ⁊ bene viuere ſunt tria videlicet virtu
tes ſcientia ⁊ bona exteriora· Debz igitur rex
ſollicitari ut in ſuo regno vigeat ſtudium lit/
terarum ⁊ ut ibi ſint multi ſapientes ⁊ indu/
ſtres: nam ubi viget ſapientia ⁊ fons ſcriptu/
rarum oportet ꝙ inde totus populus aliquaz
eruditionem accipiat· ne ergo exiſtentes in re
gno ſint tenebris ignorantie inuoluti: ſpectat
ad reges ⁊ principes valde eſſe ſollicitos đ ſtu
dio litterarũ· Immo ut infra patebit ſi domi/
nator regni non promoueat ſtudium ⁊ non ve
lit ſibi ſubditos eſſe ſcientes non eſt rex ſed ti
rannus· ¶ Secundo ad conſequendum finem
intentum deſeruiunt boni habitus ⁊ virtutes
non enim ſufficit finem cognoſcere ⁊ habere il
luminatum intellectum niſi ſit quis virtuoſus
⁊ habeat ordinatum appetitum ut velit conſe
qui finem illum: ſpectat igitur ad rectorē reg
ni ordinare ſuos ſubditos ad virtutes·
¶ Tercio ad conſequendum finem qui inten
ditur in vita pollitica organice deſeruiunt reſ
exteriores· Decet ergo reges ⁊ principes ſic re
gere ciuitates ⁊ regna ut ſibi ſubiecti habũdẽt
rebus exterioribus prout deſeruiunt ad bene
viuere ⁊ ad conſequendum finem intentum·
In vita pollitica hoc autē quomodo fieri poſ
ſit ⁊ quomodo ordinanda ſit ciuitas ut in eã
reperiri valeant que deſeruiunt ad ſufficien/
tiam vite· licet per precedentia ſit aliqualiter
manifeſtum clarius tamen infra dicetur·
¶ Viſo quod ſpectat ad regis officium ſollici/
tari circa eã per que poſſit populus conſequi
finem intentum reſtat oſtẽdere quomodo ſpec
tat ad reges ⁊ principes hmõi probibentia re
mouere que etiam tria ſunt quorum vnũ qua/
ſi ſumit originem ex natura: aliud vero ex per
uerſitate ciuium· tercium quidem ex maliuolẽ
tia hoſtium· ¶ Primum ſic patet: nam homi/
nes in ſeipſis ſunt naturaliter corruptibiles·
Inde eſt ergo ꝙ quia in ſeipſis durare nõ poſ/
ſunt: naturaliter appetunt perpetuari in filiis
ſiue ſint naturales ſiue adoptiui· Videtur enĩ
homini poſt mortem viuere ſi eo decedẽte ſm
ſuam inſtitutionem alius in hereditatem ſuc/
cedat· Valde ergo turbari poteſt tranquillus
ſtatus ⁊ pax ciuitatis et finis intentus in vi/
ta pollitica· Si reges ⁊ principes non ſollicitē
tur qualiter poſteriores ſuccedant in heredita
tem priorum: remouere igitur vnum maxime
probibentium bonam vitam polliticaz eſt be
ne ordinare quomodo hereditates decedenti/
um perueniant ad poſteros· ¶ Secundo ſtat⁹
tranquillus ciuitatis ⁊ regni aliquando impe
ditur ex peruerſitate ciuium: ſunt enim aliqui
adeo peruerſi ut ſemper velint alios moleſta/
re: ſollicitari ergo debent reges ⁊ principes ne
impediatur pax regni ut extermineutur male
fici ⁊ corrigantur delinquentes· ¶ Tertium
huiuſmodi impeditiuum ſumit originē ex ma
licia hoſtium: quaſi enim nihil eſſet vitare in
teriora diſcrimina: niſi probibentur exterio/
ra pericula ſpectat igitur ad regis officiuz ſic
ſollicitari circa ciuilem potentiaz ⁊ circa indu
ſtriam armatorum ut poſſint hoſtium rabiez
probibere· Quomodo autem hoc fieri habeat
in tertia parte huius tertii libri vbi agetur de
bellis plenius oſtendetur· ¶ Oſtenſo quomõ
reges ⁊ principes ſollicitari debent ut popul⁹
ſibi cõmiſſus habeat per que poſſit finē conſe
qui ⁊ quomodo debeãt probibentia remouere
reſtat oſtendere quõ eos in finem dirigãt hec
etiã tria ſunt· Nã primo obmiſſa ſunt ſupplen
da ut ſi viderint aliquid deeſſe ad bonum re/
gimen ciuitatis illud eſt ſupplendum hoc au/
tem fieri poteſt per conſiliũ ſapientum de quo
infra dicetur· ¶ Secundo bone ordinationes
⁊ bona ſtatuta debent eſſe obſeruãda· ¶ Ter/
tio bene operantes ⁊ maxime facientes ea per
que reſultat cõmune bonum ſunt remunerã/
di ⁊ repremiandi: nam licet obmiſſa ſupplere
⁊ bene ordinata conſeruare multuz deſeruiat
ut populus dirigatur in finem recte: tñ maxi/
me deſeruire videtur bene apta remunerare·
nam ut dicitur· iii· ethi· capitulo de fortitudĩe
apud illos ſunt fortes apud quos maxime ho/
norantur: apud illos ſunt ſapiẽtes ⁊ boni apđ
quos tales remunerãtur ⁊ honorantur ſollici
tari igitur circa predicta· ix· ad regis officium
pertinere videtur·

Quot ſunt illa que debet operari
verus rex· ⁊ ꝙ eadem ſimulat ſe fa/
cere tirannus·

Caplm·ix·

Arrare autem poſſumus· x: que debz
operari bonus rex ⁊ que tirannus ſe
facere ſimulat· Illa enim· x· licet ali/
quomodo in vniuerſali contineantur in polifi
cis tamen quia ut pluries dictum eſt circa mo
rale negocium vl'es ſermones proficiunt mi/
nus· Ideo bene ſe habz illa· x· enarrare per ſin
gula· ¶ Eſt autem primum ꝙ ſpectat ad verũ
regem facere ut maxime procuret bona com/
munia ⁊ regni redditus ſtudeat expendere in
bonum cõmune: uel in bonum regni· Tiran/
ni vero hoc ſimulant facere non tamen faciũt
ſed ut ait phũs eos tribuunt meretricibus et
adulatoribus ⁊ aliis perſonis inutilibus·
¶ Secundo ſpectat ad rectum rectorem regni
non ſolum redditus ⁊ oblationes ordinare in
bonum cõmune regni ſed etiam bona cõmu/
nia ⁊ iura regni debet maxime cuſtodire ⁊ ob
ſeruare· qđ tiranni licet ſe facere ſimulant nõ
tamen faciunt· Immo bona aliorum rapiunt
⁊ iura regni non obſeruant· ¶ Tercio decet
regem ⁊ principem nõ oſtendere ſe nimis ter/
ribilem ⁊ ſeuerum: nec decet ſe nimis familia/
rem exhibere: ſed apparere debet perſona gra
uis ⁊ reuerenda quod congrue ſine virtute fi/
eri non poteſt: Ideo verus rex vere virtuoſus
exiſtit tirannus autem non eſt ſed eſſe ſe ſiĺat·
¶ Quarto ſpectat ad regem nulluz ſubditorũ

contemnere nulli iniuriari nec in filiab⁹ nec
in uxoribus nec in perſona nec in aliquibus a
liis ⁊ ſi ꝯtingeret aliquē ex regno forefacere
non propter contumeliam uel ꝓpter aliquam
libidinoſam voluntatem explendam: ſed prop
ter bonum cõmune ⁊ iuſticie ipſum punire de
bet. hoc autem tiranni non faciunt ſed qa ipi
intendunt bonum pecunioſum ⁊ delectabile.
iniuriantur ciuibus in vxoribus ⁊ in filiabus
⁊ rapiunt eorum bona. ¶ Quinto decet regeſ
⁊ principes non ſolum habere familiares ⁊ di
ligere nobiles ⁊ barones ⁊ alios per quos bo
nus ſtatus regni conſeruari poteſt. etiaȝ ſi ut
ait phūs in polli. inducere debent vxores pro
prias ut ſint familiares ⁊ beniuole uxoribus
predictorum: nam mulieres ualde inclināt vi
ros ad uoluntates proprias eo ꝙ quilibet ual
de inclinatur ut nolit ꝓprias delicias contri
ſtare quare ſi uxores nobilium vᵗ aliorum per
quos bonus ſtatus regni conſeruari habet: ui
derent ſe contemni ab uxore regis aut princi
pis inducerent uiros ut ſeditiones mouerent
in regno aut principatu: ſic ergo gerere ſe de
bet bonus rector regni aut ciuitatis: tirannuſ
autem non ſic ſe habet ſed corde elatus alios
ꝯtemnit: ꝓpter qd̄ nec ipē nec perſone ſibi cō
iuncte aliis ſunt beniuole: ea igitur que habet
uerus rex licet ſimulare illa videatur tirannuſ
inquantum huiuſmodi eſt tñ ſcd̄m veritatem
caret illis. ¶ Sexto decet verum regeȝ eſſe mo
deratum in cibis ⁊ venereis ne a ſubditis ha
beatur in contemptu: nam ut dicitur. v. polli.
non contemnitur qui eſt ſobrius ſed qui ebri⁹
tiranni autem hoc non faciunt: nam cum non
intendant niſi cõmodum proprium ut bonuȝ
pecunioſum ⁊ delectabile quia maxima delec
tatio ſenſibilis eſt in cibis ⁊ venereis: tiranni
abſq; freno fruuntur voluptatibus illis. Jmo
quod peius eſt ut narrat phūs primo polliti.
multi tirannorum non ſolum temperati non
ſunt ſed nolūt videri tēperati eſſe. Exiſtimāt
autem reputari ab hominibus felices ſi ſingul
diebus aſpiciantur eſſe in cõmeſſationibus et
ebrietatibus ⁊ in cõuiuiis affluentibus: non
tamen ſic ſe habere deberent dato enim ꝙ tem
peramento carerent ne contemnentur a popu

lis non deberent ſuam intemperantiā oſtende
re. Laudatur enim ſobrietas ⁊ temperantia:
vituperatur autem auaricia ⁊ guloſitas.
¶ Septimo decet verum regem ornare ⁊ mu
nire ciuitates ⁊ caſtra exiſtētia in regno ut ap
pareat magis eſſe procurator cõmunis boni
ꝗ̄ tirannus querens vtilitatem propriam
¶ Octauo decet verum regem ut ſit phūs ſa
pientes ⁊ bonos etiam extraneos adeo hono
rare ut putetur non ſic honoratos eſſe a ciui
bus propriis ſi inter ipſos exiſterent. quod ti
ranni non faciunt: nam ſapientes ⁊ bonos ut
infra patebit non honorant ſed perimunt.
¶ Nono decet uerum regem per uſurpationē
⁊ iniuſticiam non dilatare ſuum dominiū: naȝ
ut dicitur in polli. durabilius eſt regnare ſup
paucos ꝗ̄ ſuper multos quod maxime verum
eſt ſi hmōi multitudo ciuilis potentie acquiſi
ta ſit per uſurpationem ⁊ iniuſticiam. recitat
autem phūs. v. polli. ꝙ cum quidam rex partē
ſui regni dimiſiſſet quia eam forte iniuſte te
nebat: increpatus tamen fuit ab uxore dicēte:
ꝙ verecundari deberet quia minus regnū di
mitteret filiis: ꝗ̄ accepiſſet a patre. Reſpōdit
rex ille ꝙ ſi dimittebat eis min⁹ in quantitate
regnum: dimittebat tamen maius ⁊ diuturni
us tempore: tiranni autem hoc nō faciunt. nā
licet ſemper ſe ſimulent iuſte agere: tamen in
multis ſuum dominium iniuſte ampliant ⁊ a
liorum hereditates ſine ratione uſurpant
¶ Decimo ⁊ vltimo decet veros reges bene ſe
habere circa diuina: populus enim ut recitat
phūs omnino eſt ſubiectus regi quē credit eē
deicolam: ⁊ habere amicum deuȝ: exiſtimat. n.
talem ſemper iuſte agere ⁊ nihil iniquum ex
ercere. Poſſumus tamen ad hoc aliam melio
rem rationem adducere dicenteſ ꝙ ſi rex habe
at amicum deum diuina prouidentia cui om
nia ſunt nota ⁊ eius potentia cui nihil poteſt
reſiſtere continget eū ut expedit ſue ſaluti ſem
per in ſuis actibus proſperari. Jmmo propter
ſanctitatem regis multociens deus multa bo
na confert exiſtentibus in ipſo regno.
¶ Ultimo autē diximus ꝙ decet regiam maie
ſtatem bene ſe habere circa diuina hoc debet
eſſe finis ⁊ complemētum aliorum ad hoc aūt

ſunt ſingula ordinanda. Uerus ergo rex ſcd̄m
ueritatem bene ſe habet erga diuina. tirannuſ
vero non talis eſt ſed ſimulat ſe talem eſſe.

Que ⁊ quot ſunt cautele quibus tiran
nus nititur ſe in ſuo dñio preſeruare
Caplm. x.

Ultras cautelas tangit phūs. v. polli.
ex quibus quantum ad preſens ſpec
tat poſſumus enumerare. x. ꝑ quas
nititur tirannus ſe in ſuo dominio ꝓſeruare.
¶ Prima cautela tirannica eſt excellenteſ per
imere: cum enim tirannus non diligat niſi bo
num proprium: excellentes ⁊ nobiles exiſten
tes in regno non ualentes hoc pati inſurgunt
contra ipſum: tirannus autem ex quo talem ſe
eſſe cognoſcit non cogitat niſi quomodo poſ
ſit excellentes perimere. Jmmo aliqui tiranni
ȝare cupiunt non ſolum excellentes alios imo
etiam ꝓprios fratres ⁊ nimia ſibi conſangui
nitate coniunctos uenenant ⁊ perimunt ꝙ ſig
num eſt tirannidis peſſime. Uerus autem rex
econuerſo intendens cõmune bonum ⁊ cogno
ſcens ſe diligi ab ipſis qui ſunt in regno excel
lentes ⁊ nobiles ⁊ multo magis cognatos pro
prios per quos bonus ſtatus regni conſerua
ri poteſt non perimit ſed ſaluat. ¶ Secunda
cautela tirannica eſt ſapiētes deſtruere: uidēt
enim ſe contra dictamen recte rationis agere
⁊ non intendere bonum cõmune ſed proprium
Jdeo uellent omnes ſuos ſubditos ignorātes
⁊ inſcios ne cognoſcentes eorum nequiciam
incitent populum contra ipſos: ſemper enim
qui male agit odit lucem ⁊ non diligit ſapien
tes ne arguantur opera eius: quare tirannus
cuius ſunt opera mala ſapientes pro poſſe de
ſtruit. uerus autem rex econtrario ſciens ſe ſe
cundum rectam rationem agere: ſapientes ſal
uat promouet ⁊ honorat eo ꝙ ipſi cognoſcen
tes bona opera ipſius populum cõmoueant ad
amorem eius. ¶ Tercia eſt diſciplinam ⁊ ſtu
dium non permittere tirannus enim ſcd̄m qd̄
hmōi eſt non ſolum ſapientes deſtruit ſȝ etiaȝ
truncat uiam ⁊ inhibet ſtudium ⁊ diſciplinam
ne efficiantur aliqui ſapientes: ſemper eniȝ ti

met per ſapientiam reprehendi. Uerus autem
rex econtrario ſtudium promouet ⁊ cõſeruat:
uidens ꝙ per ipſum bonum cõmune ⁊ bonus
ſtatus regni quem principaliter intendit meli
orari habet. ¶ Quarta eſt nullas ſodalitates
nec etiam aliquas congregationes permitte
re uult enim tirannus ciues ⁊ eos qui ſunt in
regno non eſſe ſodales nec eſſe ad inuicem no
tos: nam ut ait phūs noticia fideȝ facit: eo. n.
ipſo ꝙ quis habet noticiam alterius confidit
de illo: hoc autem tirannus non diligit: timet
quidem ne ciues de ſe confidentes propter in
iurias quas eis infert contra ipſum inſurgāt.
Uerus autem rex econtrario permittit ſodali
tates ciuium ⁊ uult ciues ſibi inuicem eſſe no
tos ⁊ de ſe confidere: nam cum intendat bonū
ipſorum ciuium ⁊ ſubditorum: naturale eſt ut
diligatur ab eis: quare uult eos eſſe confede
ratos ⁊ coniunctos. quia tunc magiſ vnanimi
ter diligunt bonum regis omnino enim eſſet
peruerſus populus ſi cognoſceret ſe habere ue
rum regem ⁊ diligere cõmune bonū ſi uicever
ſa nō diligent ipſum regem. ¶ Quinta caute
la tirannica eſt habere multos exploratoreſ ⁊
temptare non latere ipſum quicquid a ciuib⁹
agitur cum enim tiranni ſciant ſe non diligi a
populo eo ꝙ in multis offendant ipſoȝ: nolūt
habere exploratores multos ut ſi uiderent ali
quos ex populo machinari aliquid contra eos
poſſint obuiare illis. Jmmo eo ipſo ꝙ ciueſ cre
dunt tirannum habere exploratores multos:
nō audent congregari ut machinētur aliquid
contra eum: nam ⁊ ſi inter eos ſic cõgregatos
nullus exploratorum exiſteret. ſemper tamen
timerent ibi exploratores eſſe. Huiuſmodi au
tem exploratores uerus rex habere non curat
ad ciues ⁊ ad eos qui ſunt in regno: ſed ad ho
ſtes ⁊ ad extraneos. Utrum autem deceat re
ges habere exploratores in regno ꝓpter aliam
cauſam ꝗ̄ ne populus inſurgat in ipſuȝ infra
dicetur: ad preſens autem ſcire ſufficiat ꝙ nō
ſic rex eget exploratoribus ut tirannus.
¶ Sexta cautela tirannica eſt nō ſolum non ꝑ
mittere fieri ſodalitates ⁊ amicicias: ſed etiam
amicitias iam fcās. et ſodalitates turbare ⁊ ꝑ
uertere. Uolunt enim tiranni turbare amicos

cum amicis: populum cum inſignib⁹ inſignes cum ſeipſis. Uident autem ꝙ quādiu ciues diſcordant a ciuibus ⁊ diuites a diuitibus tam diu non poteſt eque de facili eius potentie reſiſti: nam tunc quelibet partium timens alteram neutra inſurgit contra tirannum. ¶ Uerus autem rex econtrario nō procurat turbationem exiſtentium in regno ſed pacem ⁊ concordiam aliter enim nō eſſet verus rex: quia non intenderet cōmune bonum. ¶ Septima ē pauperes facere ſubditos adeo ut ipſe tirann⁹ nulla cuſtodia egeat: volunt enim tirāni ſubditos eſſe intantum pauperes ut ſic occupētur circa cotidiana quibus indigent ut non vacet eis aliquid machinari contra ipſos: nec oporteat ipſos habere aliquā cuſtodiam propter illos. Uerus autem rex quia intendit bonū ſubditorum nō affligit ⁊ depauperat ipſos ſ3 magis procurat eoꝝ bona. ¶ Octaua ē ꝓcurare bella: mittere bellatores ad partes extraneas: ⁊ ſemper facere bellare eos qui ſunt in regno: quatenus ſemper circa bellorum onera intēti non vacet eis aliquid machinari contra tirannum: verus autem rex non intendit affligere ſubditos ſuſcitando ⁊ procurando bella eo ꝙ intēdat bonum regni: non vult ergo eos qui ſunt in regno aſſumere arma niſi pro defenſione regni: vel pro aliquo alio iuſto bello. ¶ Nona eſt cuſtodiam corporis exercere nō p eos qui ſunt in eo regno: eo ꝙ diffidat de illis ſed per extraneos: verus autem rex econuerſo ſe habet ut ſupra plenius dicebatur. ¶ Decia cautela eſt tirannica ꝙ poſtquā procurauit diuiſiones ⁊ partes in regno: cum vna parte affligere aliam ut clauum clauo retundat rex autem econtrario non procurat diuiſiones ⁊ partes in regno ſed ſi que ibi exiſtunt eas amouere deſiderat.

Quot ſunt illa ad que reducuntur cautele tirannice ⁊ ꝙ reges cauere debent ne efficiantur tiranni quia opera regia ſunt optia tirannica vero peſſima. Ca. xi.

Omnes cautelas tirannicas quas i precedēti capitulo numerauim⁹: ꝓhūs reducit ad quatuor: tirāni enim quatuor intēdunt. ¶ Primo ut ſubditi ſint inſcii. Secūdo ut ſint puſillanimes. Tertio ut de ſe inuicem nō cōfidant. Quarto ut ſint adeo depauperati ⁊ afflicti ut contra eos n̄ poſſint inſurgere. ad hec autem quatuor predicta omīa reducūtur: naȝ quātum ad preſens ſpectat ad hoc ꝙ aliquis i uadat uel machinetur aliquid cōtra tirānum: ex aliquo predictorum quatuor videtur procedere ex magnanimitate. Primo enim videtur hoc accidere ut quia inſurgens eſt tāti cordis ut nihil reputet magnum. Secundo ex induſtria ⁊ ſagacitate ut quia credit ſe tot adinuenire vias ⁊ verſucias poſſe: ut ualeat tirannuȝ perimere. Tercio poteſt hoc cōtingere ex potētia ut ſi inſurgēs confidat de aliis ciuibus et credat ſe iuuari ab eis propter ciuilem potētiā: tirānum inuadit. Quarto hoc poterit accidere ex nimio ocio ut ſi ciues nimis ſint opulēti: ⁊ uacent nimio ocio: quia mēs humana neſcit ocioſa eſſe: dum nō occupātur ciues circa cotidianas indigentias: excogitant ſeditiones: quomodo poſſint turbare ciuitatem ⁊ inſurgere contra rectorem ciuiū. Cōtra hec ergo quatuor procurāt tirāni pimere excellētes ne ſint ſubditi ſint magnanimi: deſtruere ſapiētes impedire ſcolas ⁊ ſtudium ut exiſtētes in regno ſint ignorantes ⁊ inſcii nō pmittere ſodalitates turbare ciues inter ſe ut de ſe inuicē nō cōfidant de pauperare eos occupare eos in bello ⁊ in aliis exercitiis ut non uacēt ocio. Hec ergo ſunt cautele tirannice. verum quia nullus forte eſt omnino tirannus quia malum ſeipſū deſtruit ⁊ ſi integrum ſit importabile fit: ut dicitur. iiii. ethi. ⁊ forte vix aut nunquā reperit aliquis qui ſit omino rex quin in aliquo tirānizet: eſſet enim quaſi ſemideus ſi nihil ͛d tirānide participaret. Inde eſt ergo ꝙ dominātes aliquid participant de cautelis regiis ⁊ aliqd de verſutiis tirannorum ⁊ tanto eſt melius dominium quāto plus accedit ad regnum ⁊ eſt longius a tiranno. Uolumus quidē utriuſq3 opera enarrare ⁊ utraſq3 cautelas deſcribere: nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcūt: magis enim apparet opera regia eſſe optima oſtendendo tirannica eſſe peſſima. ¶ Ex hoc autem manifeſte patet tirannidem maxime eē fugiendam a regibus: quia peſſimum de ſe eſt fugiendum maxīe ⁊ optimū maxīe ꝓſequēdū.

Q⁹ deteſtabile eſt regiam maieſtatem declinare in tirannideȝ ⁊ quicquid corruptionis eſt in aliis puerſis principatibus totum in tirannidem congregatur. Capitulum. xii.

Eo ſenſus hominum ſunt ad malū proni ut ualde utile ſit in via moruȝ multis viis oſtendere ⁊ multis rationibus probare malum ⁊ vicium ⁊ de ſe eē qd vile ⁊ fugiendum ut ꝙ vna via nō inclinat ut malum vitet. Alia inducat ipſum ad fugiendum malum. Poſtquā ergo oſtendimus tirannidem fugiendam eſſe a regibus eo ꝙ opera tiranni ſunt peſſima: probare volumus reges ſumma diligentia cauere debere ne conuertātur in tirannos: quia quicquid corruptionis ⁊ iniquitatis eſt in aliis peruerſis principantibus totum in tirannidem congregatur. ¶ Sunt enim ut patet ex habitis tres principatus boni: ⁊ tres peruerſi. Dicebatur autem ꝙ ſi dominatur vnus propter bonum cōmune eſt principatus rectus: ⁊ vocatur regnum. Si vero propter bonum proprium eſt peruerſus ⁊ vocatur tirannides. Si vero principentur pauci ⁊ dominantur quia boni ⁊ virtuoſi eſt rectus principatus ⁊ vocatur ariſtrocatia ſiue principatus bonorum. Si vero dominenť nō quia boni ſed quia diuites eſt peruerſus ⁊ vocatur obligartia. Sed ſi dominatur totus populus ⁊ intendat bonum omnium tam inſignium ꝙ̄ alioruȝ eſt principatus rectus ⁊ vocatur regimen populi. Si uero populus tirannizet ⁊ intendat opprimere diuites eſt principatus corruptus ⁊ vocatur democratia quod idē eſt ꝙ quaſi peruerſio ⁊ corruptio populi: tirānides vero corruptus principatus diuitum et iniquum dominiuȝ populi ſunt regimina peruerſa. Tirannides vero eſt peruerſior principatus: quia ut probat ꝓhūs. v. polli. quicquid peruerſitatis eſt aliquo principatu diuitum: ⁊ in peruerſo dominio populi totum congregatur in tirannidem: quod ſic patet: nam diuites ſi iniqui dominari cupiant quantum ad preſens ſpectat tria intendunt videlicet pecuniam: corporales delicias: ⁊ cuſtodiam corporis. Intendunt enim pecuniam: quia quilibet principans intendit augmentum illius ſcdȝ quod ſe principari videt. Si ergo aliquis principať: quia bonus ⁊ virtuoſus ſemper intendit ad opera magis bona ⁊ ad virtutem ut efficiatur melior ⁊ virtuoſior. Sed ſi principatur quia diues ut magis principari poſſit intendit augmentum diuitiarum ⁊ congregationem pecunie: quare ſi diuites inique dominantes non principantur quia boni ſed quia diuites tota eorum intentio erit circa pecuniam congregādam. ¶ Rurſus diuites inique principantes intendunt delicias corporales ⁊ habere voluptates ſenſibiles. nam ſi quis uult aliquid: uult ⁊ ea multo magis ad que illud ordinatur ut ſi quis vellet potionem: multo magis ſanitateȝ vellet: ad quam potio ordinatur cum ergo homines cōmuniter ⁊ maxime habentes voluntatem peruerſam ordinent pecuniam ⁊ diuitias ad delectamenta corporea: ⁊ ad voluptates ſenſibiles ſequitur ꝙ diuites inique dominantes ⁊ intendentes non commune bonum ſed pecuniam: intendere corporales delectatiōes. ¶ Tertio diuites ſic principantes maxime ſolicitantur circa cuſtodiam corporis: nam nullus ſpreto communi bono intendit ad pecuniam ⁊ voluntates corporis: niſi in multis offēdat populum: nam talis ut pecuniam habeat depredatur ciues ut vero voluptatibus fruať forefacit ⁊ infert contumeliā ciuibus ꝙ̄tū ad uxores ⁊ filias: Uidet ergo ſe eſſe odioſum populo ideo non credit ſe multitudini ſed ſemp dubitans de furia populi maxīe ſollicitať circa cuſtodiam corporis. ¶ Omnia autem huiuſmodi mala reperta in peruerſo principatu diuitum congregantur in tirannidem iſtam.

Nam tirannus ut ſupra dicebatur non inten-
dit bonum cōmune ſed pecuniam· Rurſus ut
ſupra dicebatur non intendit bonum bono-
rificum ſed delectabile· ¶ Tertio tirannus
maxime delectatur circa cuſtodiam corporis
eo ꝙ uideat ſe plurimos offendiſſe· Legitur e-
nim de quodam tiranno ꝙ cum a fratre ſuo
cotidie increparetur quare ipſe ſemper triſtis
exiſteret: ⁊ quare nunquā bilarē uultum oſtē-
deret tirannus ille uolens reddere cauſaꝫ que-
ſiti eum expoliari fecit ⁊ ligari: ⁊ ſupra caput
eius acutiſſimum gladium pendentem tenuiſ-
ſimo filo apponi fecit: circa ipſum ꝙ homines
cum baliſtis ſagittis appoſitis ſtare faciebat:
⁊ cum frater eius timore horribili inuaderetᷣ:
timens ab acuto gladio uulnerari: ⁊ a baliſtis
perfodi ait tirannus gaude frater bilarem oſtē-
de uultum· Reſpondente illo ꝙ non poſſet
ꝓpter īminentia pericula: inquit tirannus ꝙ
nec ipſe gaudere poterat eo ꝙ in maiori peri-
culo exiſtebat quia ī tot forefecerat, ꝙ ſemper
ſibi de morte dubitabat· Ualde ergo cauere ex-
pedit regi ne conuertatur in tirannuꝫ· nam ti-
ranni cum hoc ꝙ perdunt eternam vitam in
hac temporali uita uix unam diem bonam ha-
bēt eo ꝙ ſemper videāt ſibi pericula imminere
Rurſus pecuniam non tantam habent tirā-
ni quātam veri reges: tum quia oportet eos
multa expendere ſuperuacue tum etiam quia
veris regibus plus donatur ex amore ꝗ̄ꝫ tiran-
nis proueniat ex predatione populi· Experti
enim ſumus tirannizantes plus vixiſſe ī ege-
ſtate ꝗ̄ꝫ alios ueros reges· Delectamenta etiā
corporea nō tot habent tiranni, quot veri re-
ges: Nam habere amicos ⁊ diligi a populo eſt
maxime delectabile: nō confidere de aliquo et
credere ſe odioſum eſſe multitudini eſt maxi-
me triſtabile· Priuatur ergo tirānus a maxia
delectatione cum videat ſe eſſe populis odio-
ſum· ¶ Uiſo tirannidem cauendam eſſe quia
mala: iniqui principatus diuitum congregan-
tur in ea· Reſtat uidere eſſe eam cauendaꝫ eo
ꝙ etiam in ipſa congregantur mala peruerſi
principatus populi· cum enim populus prin-
cipatur peruerſe non intēdit quodlibet ſerua-
re in ſuo ſtatu ſed ſatagit opprimere nobiles ⁊
inſignes hoc etiam tirannus facit quia ut pa-
tet ex habitis ipſe pro uiribus nititur oppri-
mere excellentes ⁊ perimere diuites ⁊ inſignes
ſumme ergo eſt cauenda tirannides a rege ī q̄
tot mala cōgregantur·

Q[uod] ſumme expedit regibus
⁊ principibus recte guber-
nare populum ⁊ cauere ne
tirannizet q[uia] a multis ō cau-
ſis cōtingit ſubditos inſidi-
are tirannis·

Caplm· xiii·

Quoniam hunc librum cōpoſuimus
ꝓpter eruditionem regum ⁊ princi-
pum ut recte ⁊ debite gubernent po-
pulum ſibi cōmiſſum· cum deuiare a recto re-
gimīe ſit tirannizare ⁊ iniuriari ſubditis ⁊ nō
intēdere cōmune bonum: licet pluribus viis
oſtenderimus ꝑ iam dicta deteſtabile ⁊ pericu-
loſum eē regie maieſtati tirānizare ⁊ nō recte
gubernare populū nō piget adhuc nouas vi-
as adducere ad oſ̄dendum hoc ideꝫ· Uolum⁹
autem declarare in hoc capitulo ꝙ quia mul-
tis de cauſis ſubditi inſidiantᷣ tirannis ⁊ quia
valde eſt periculoſa vita tirannica ⁊ deuiatio
a recto regimīe· Ideo reges cura puigili ſtude-
re debent ne delinquētes rectuꝫ gubernaculū
tirannizent· Narrat autē ph̄us· v· polli· vi· cau-
ſas quare ſubditi tirannis inſidiantur· ¶ Pri-
ma eſt ꝓpter timorē nam multi puſillanimes
exiſtētes cum nimis timēt ⁊ nō credunt ſe poſ-
ſe euadere quaſi deſperantes inuadunt alios:
⁊ efficiuntur probi· Unde ⁊ prouerbialiter di-
citur ꝙ nimis fugans timiduꝫ vi compellit eē
audacem· Sic etiam ⁊ alia animalia quaſi cō-
muniter timent homineꝫ ⁊ niſi crederent ſe le-
di ab eo raro aut nunquā inuaderent ipſum·
beſtie ergo ut plurimum timore compulſe in-
ſidiantur homini ⁊ inuadunt eum: hoc ergo
modo multotiens ſubditi inſidiantur tiran-
no ⁊ perimunt ipſum tirannum timentes ſe
offendi ab eo· ¶ Secunda cauſa ꝓpter quam
ſubditi tirāno inſidiantᷣ eſt iniuria quā paſſi
ſunt ab ipſo: naturale eſt· ergo deſiderare vin-
dictam propter quod omerus dicebat iraꝫ dul-
ciorem eſſe melle quia eſt appetitus pene ī vi-
dictam: quia ergo ſic eſt delectabile vindictaꝫ
expoſcere multi inſidiantur tiranno: ⁊ ꝓpter
vehementem iram aliquando inuadunt ipſuꝫ
volentes latas iniurias vindicare· ¶ Tertio
inſidiantur aliqui tiranno ⁊ aliquando peri-
munt ipſuꝫ quia ut plurimū tiranni faciūt ea
per que ſe contemnibiles reddunt nam cum n̄
querant bonum cōmune ſed delectationes cor-
poris: ut plurimum non ſunt ſobrii ſed guloſi
uel non ſunt caſti ſed dant operam venereis ⁊
quia hoc agentes ſe contēnibiles reddunt de
facili inuaduntur· Exemplum horum recitat
ph̄us· v· polli· habem⁹ in ſardinia polo· ⁊ dio⁹
ſardinapolus vero ſpreto cōmuni bono totuꝫ
ſe dedit venereis: quidam vero dux contēnēs
eum eo ꝙ vitam pecudum elegiſſet inuaſit ⁊ ꝑ-
emit ipſum· Sic etiam dyo⁹· tirannizans ⁊ cu-
rans magis de gula ꝗ̄ꝫ de bono cōmuni contē-
nebatur a ſubditis eo ꝙ quaſi ſemper eſſet e-
brius: quidam ergo nomine dion videns ipm
quaſi ſemper eſſe ebrium propter deſpectioneꝫ
inſurrexit in ipſum· ¶ Quarto hoc fieri conti-
git propter honorem aut propter lucrum adi-
piſcendum: nam cum honor ⁊ gloria inter bo-
na exteriora ſit bonum maximum multi vidē-
tes tirannum non querere niſi honoreꝫ ⁊ glo-
riam propriam ⁊ non honorare ſubditos ⁊ nō
querere cōmune bonum volentes adipiſci ho-
norem ⁊ gloriam quā conſpiciunt in tiranno:
inuadunt eum ⁊ perimunt ipſum· Sic etiā ga
multi reputant pecuniam eſſe maximuꝫ bonū
videntes tirannum non intendere niſi ad lu-
crum ꝓprium: ⁊ ad congregandam pecuniam
inuadunt ipſum ⁊ accipiunt theſauros eius·
Unde dicitur· v· polli· ꝙ quidam tirannos in-
uadunt vidētes lucra magna ⁊ honores mag-
nos exiſtentes in ipſis ¶ Quīto fiunt inſidie
tirannis ab aliquibus non ut poſſideant mo-
narchiam ſed ut videantur facere actiones ali-
quas ſingulares· volunt enim aliqui eſſe in a-
liquo nomīe uel in aliqua fama Ideo ut nomi-
nentur faciunt aliquid mirabile ⁊ aliquod ſin-
gulare factum ⁊ quia inſurgere contra tiran-
num reputant populi valde ſtupendum· Ideo
contra ipſum inſurgunt· Sed tales q[ui] propter
hanc cauſam facientes impetum in tirannum
ut ait ph̄us ſunt pauciſſimi numero ſupponi
enim oportet eos nihil curare ut ſaluentur·
¶ Sexto contingit aliquos inſidiare tirannis
⁊ perimere ipſos ut liberent patriam ab oppſ-
ſione eorum· His ergo de cauſis fiunt inſidie
contra tirannum· ne ergo fiant inſidie contra
regiam maieſtateꝫ: ⁊ ne rex ſemper dubitet ne
perimatur a ſubditis: ſumma diligentia caue-
re debet ne conuertatur in tirannum: nam ſi
non iniuriatur ſubditis: eſt continens ⁊ ſobri-
us ⁊ non eligit vitam beſtialeꝫ ⁊ contemptibi-
lem honorat inſignes ⁊ alios exiſtentes ī reg-
no ut requirit eorum ſtatus: non depauperet
nec opprimat eos: ⁊ in omnibus ſe habet non
ut tirannus ſed ut verus rex: inducit omēs ex-
iſtentes in regno ad amorē eius ⁊ tollit ab eis
omnem materiam ⁊ cauſaꝫ q̄re inſidiētur ipſi·

Q[uod] maxīe rex cauere dꝫ ne efficiatᷣ tirann⁹: ⁊
eo ꝙ pluribus modis corrumpatᷣ tirānides
ꝗ̄ꝫ regius principatus· Ca· xiiii·

Licet per multa capitula precedentia
induxerimus reges ⁊ principes ut n̄
tirannizent: ſꝫ ut recte regant popu-
lum ſibi cōmiſſum adhuc in hoc capitulo volu-
mus alias rationes adducere oſtendentes ꝙ
ſi reges cupiant ſuum durare dominium ſum-
mo opere ſtudere debent ne efficiantur tiran-
ni eo ꝙ tirannides ⁊ principatus ꝑuerſus plu-
ribus modis corrūpitur ꝗ̄ꝫ rect⁹ ⁊ regius prī-
cipatus· ¶ Narrat autem ph̄us· v· polliticorū
tres modos corruptionis tirannidis dicens ti-
rannidem corrumpi a ſe: a tirannide alio: ⁊ a
regno· Corrumpitur enim tirannides a ſeipā
nam ut dicebatur ſupra malum ſeipſuꝫ corrū-
pit: ⁊ interdum ſic importabile fit· tirannides
ergo propter peruerſitates ⁊ nequicias que cō-
gregantur in ipſa: corrumpitur ⁊ durare non
poteſt· Ideo dicitur in polli· ꝙ tirannides q̄n-
to intenſior tanto minus durat· Iuſticia eniꝫ
urbanitates ſeruat: quare cum a iuſticia rece-
ditur preparatᷣ uia ut corrūpatᷣ prīcipat⁹ ille·

Pollicia ergo quãto ſe magis a iuſticia rece
dit tanto ex ſe habet ut facilius corrumpatur·
Reges ergo ⁊ principes ſi volunt ſuum dura
re dominium ſũme cauere debent ne a iuſticia
deuiantes in tirannidem conuertãtur ⁊ ſi eos
aliquomodo tirannizare contingat ſuam tirã
nidem pro viribus moderare debẽt quia quã
to remiſſius tirannizabunt tanto durabilius
principabuntur· ¶Secundo tirannides cor
rumpitur ab alia tirannide contraria: nam li
cet bonum non contrarietur bono eo ꝙ bonũ
ſit vno modo malum tamen poteſt contraria
ri malo eo ꝙ eſſe habet multipliciter: contin
git enim vno modo percutere ſignum propter
quod in hoc non eſt diuerſitas nec contrarie
tas: ſed contingit multipliciter deuiare ab ipo
quare in deuiationibus contrarietas eſſe po
teſt: ut ſi multum opponitur pauco: proiectio
ultra ſignum contrariatur ꝓiectioni circa: et
proiectio in dextrũ proiectioni in ſiniſtrũ· Si
cut ⁊ in ꝓpoſito principatus rectus non cõtra
riatur recto principatui: ſed peruerſus peruer
ſo· Una ergo tirannides poteſt cõtrariari alii
⁊ corrumpere ipſam ut tirannides populi con
trariatur tirannidi monarchie· ⁊ vna monar
chia tirannica contrariatur alii· cũ aliquiſ mo
narcha uel aliquis vnus princeps tirannizet
in populum: gens illa oppreſſa non valens ſu
ſtinere tirannidem principis inſurgit ⁊ tiran
nizat in ipſum eum perimens uel expellens to
tus ergo populus efficitur quaſi vnus tiran
nus contra principem ⁊ tirannides populi cor
rumpit tirannidem monarchicam· Sic et vna
tirannides monarchica corrumpit aliaꝫ: quia
multotiens vnus monarcha tirãnus inſurgit
in alium ut obtineat principatũ eius· Debent
ergo cauere reges ⁊ principes ne tirannizent:
cum tot modis diſſoluatur tirannicus princi
patus· ¶Tertio diſſoluitur tirannides nõ ſo
lum propter ſeipſam uel propter tirannidem
aliam ſed etiam propter regnum nam non ſo
lum malum contrariatur malo: ſed etiam bo
num malo contrariatur· non ſolũ· n· tirannus
tiranno obuiat ſed etiam ⁊ rex ſi viderit expe
dire tiranno ſe opponit· tot ergo diſcriminib⁹
oppoſitus eſt tirannus: ⁊ tot modis habet diſ
ſolui eius principatus· Regium autem domi
nium non tot periculis exponitur nec tot mo
dis habet diſſolui· nam licet tirannus ſatagat
pro viribus verum regem opprimere: nullus
tamen verus rex vero regi ſe opponit: naꝫ nul
lus bonus ⁊ virtuoſus inſequitur alios bonoſ
⁊ virtuoſos: ſed eos pro poſſe ſaluat ⁊ promo
uet eo eniꝫ ipſo ꝙ aliquis bonis ⁊ virtuoſis ſe
opponeret: deficeret eſſe bonus ⁊ virtuoſus·
Decet ergo regiam maieſtateꝫ ſummo ſtudio
cauere tirannidem ne predictis ꝑiculis expo
natur·

Que ſunt que ſaluant dominium
regium: ⁊ quot oporteat regem fa
cere ut ſe in ſuo principatu ꝯſeruet
Capl'm· xv·

Angit autem phũs· v· pol· x· que pol
liciaꝫ ſaluant ⁊ que oportet facere re
gem ad hoc ut ſe in ſuo principatu ꝓ
ſeruet· ¶Primo eſt non permittere in ſuo re
gno tranſgreſſiones modicas: nam multe mo
dice tranſgreſſiones ut ait phũs equãtur vni
magne· ſicut multe parue expenſe equiualent
vni magno ſumptui: parue enim tranſgreſſio
nes ſi multe ſint diſponunt ad diſgreſſiones
magnas· Nam qui minima negligit paulatim
decidit in maiora· Principiis ergo eſt obſtan
dum ⁊ inhibẽde ſunt obliquitates etiã modice
¶Secundum preſeruans polliciam ⁊ regnuꝫ
regium eſt bene uti his qui ſunt in regno· In
troducendo eos ad aliquos principatus hono
rando eos ⁊ non iniuriando eis· Nam ut in
nuit phũs in poli· bene uti ciuibus non ſoluꝫ
preſeruat polliciam rectam ſed etiam principa
tus ex hoc durabilior redditur· dato ergo ꝙ i
ipſo ſit aliquid obliquitatis admixtum·
¶Tercium eſt incutere timorem hiis q̲ ſunt
in pollicia: nam corruptiones longe ſcḋm rem
prope autem ſcḋm timorem polliciam ſaluãt
ciues enim magis ſunt ſubiecti principi ⁊ pl⁹
ei obediunt ſi ex timoribus corruptionem ti
meant· Guerra enim exterius tollit ſeditiões
intrinſecas ⁊ reddit ciues magis vnanimes
⁊ concordes· ¶Exemplum autem huiuſmodi
habemuſ in romaniſq̲ poſtquam defecerunt
exteriora bella intra ſeipſos bellare ceperunt·
Eſt autem hec cautela utilis ſolum duob⁹ pri
cipãtibus ut principatui conſtituto ex homi
nibus aſſuetis ad bella: et principatui in quo
quis principari cepit: hoies · n · bellatoreſ ⁊ aſ
ſueti ad prelia: quibus non fuit cure de virtu
tibus aliis niſi de fortitudine ſcḋm phũm· vii
polliticorum aſſimulantur ferro quod dum ẽ
in continuo exercitio claritatẽ habet ſed ſi diu
remanet inofficioſum rubiginem contrahit ⁊
ſic tales bellantes fiunt obedientes principi·
Uacantes vero neſciunt debite ſe habere: qua
re talibus ut debite ſe habeant ſemper incutiẽ
di ſunt timores bellici ⁊ correctiones extrinſi
ce· ¶Rurſus ſi quis ſup aliquos de nouo pri
cipari cepit quia contra talem principatum fa
cilius inſurgitur ne ciues inſurgant in princi
pem: ⁊ ut magis vnanimiter obediant incutiẽ
di ſunt illis timores de extrinſecis periculis i
minentibus: ſed ſi regnum diu in ſtatu perſti
terit ⁊ dominus ille ſit naturalis ita ꝙ quaſi
non ſit in memoria hominum ex quo ille ⁊ an
teceſſores ſui obtinuerunt huiuſmodi princi
patum tanta cautela non magnam vtilitatem
habere videtur· ¶Quartum auteꝫ ꝙ pollicia
habere videtur: eſt cauere ſeditiones ⁊ conten
tiones nobilium: nam baronibus ⁊ hoc ponẽ
do eis leges quia legibus non de facili contra
dicitur: ſunt enim in regno tales leges inſtitu
ende ut per eas ſedari poſſint cõtentiones no
bilium· nam baronibus diſſentientibus fiunt
ſeditiones in regno ⁊ per conſequenſ fit prepa
ramentum ut diſſoluatur regius principatus
¶Quintum eſt diligenter aſpicere quomodo
ſe habeant quos maieſtas regia honorauit et
promouit ad aliquam prepoſituraꝫ uel ad ali
quem principatum aut magiſtratũ nihil adeo
regnum conſeruat et polliciam ſaluat ſicut ꝑ
ficere homines bonos ⁊ virtuoſos ⁊ conferre
eis dominia ⁊ principatus quare maxime ſal
uatiuum pollicie· Eſt etiam regiam maieſtatẽ
conſiderare diligenter quos preficit in aliqui
bus magiſtratibus: ⁊ ſi bene ſe habuerint au
gere eoruꝫ dominia· Si male minuere ul' adeo
male ſe habere poſſent ꝙ eſſent totaliter a do
minio remouendi uel etiam capitali ſententia
condemnandi· ¶Sextum eſt nulli magnũ do
minium conferre: nam magna dominia ex ni
mia bonitate ⁊ fortitudine ut plurimum cor
rumpit mentes hominum ut fiant tranſgreſ
ſores iuſti· Eſt autem hec cautela maxime uti
lis ad homines de quibus rex certam ⁊ diutur
nam experientiam non accepit· Ideo potiſſi
me obſeruandum eſt ne repente conſtituatur
aliquis in maximo principatu· ¶Septimum
ſaluans regnum ⁊ polliciam eſt regem ſiue pri
cipantem habere dilectionem ⁊ amorem ad bo
num regni ⁊ ad polliciam in qua principatur·
Quicunq; enim amat ſollicitatur ⁊ timet ne
aliquod inconueniens accidat circa amatum·
timor autem conſiliatiuos facit ut dicitur· ii·
rethoricorum ibi enim eſt magna ſalus ubi et
multa conſilia: quare ſi rex bonum regni dili
gat ſaluabitur regnum: quia timens ne in re
gno aduerſa contingant adhibebit multa con
ſilia qualiter poſſit bona regni promouere: et
periculis imminentibus obuiare·
¶Octauum ſaluans regnum ⁊ polliciam eſt
habere ciuilem potentiam· nam ut dicitur in
magnis moralibus iuſticia urbanitates con
ſeruat· Sed iuſticia in regno conſeruari non
poteſt niſi per potentiam ciuilem puniantur
tranſgreſſores iuſti· Debet enim rex aut prin
ceps ſi uult ſeruare iuſticiaꝫ ⁊ uult punire trãſ
greſſores iuſti habere multos exploratores ⁊
multos inquiſitores inueſtigantes facta ciui
um ⁊ inquirentes vnde ciues accipiunt quod
expendunt ⁊ quomodo poſſunt reddere ratio
nem ſui victus: nam qui huiuſmodi rationem
non poteſt reddere ſignum eſt ꝙ ex furto uel
ex male ablato viuat· Sic enim faciendo iſta
poterit ſeruare iuſticiam ⁊ preſeruare regnuꝫ
a maleficiis ⁊ tranſgreſſoribus iuſti·
¶Nonum eſt maxime ſaluans regnuꝫ eſſe re
gem bonum ⁊ virtuoſum: Nam ut dicitur· v·
pollitic· maior virtus requiritur in cuſtodia ci
uitatis ⁊ regni ꝙꝫ in duce exercitus: Nam in
duce exercitus requiritur potiſſime experien
tia· Sed cuſtos ciuitatis ⁊ cuſtos regni totius

oportet ꝙ ſit virtuoſus ⁊ epyetes id eſt ſuper
iuſtus decet enim talem eſſe quaſi ſemideum
ut ſicut alios dignitate ⁊ potentia excellit: ſic
eos bonitate ſuperent hoc enī maxime ſalua/
bit regnū ⁊ polliciam ſi rex ſit bonus ⁊ virtuo
ſus quia intendet bono regni et cōmuni·
¶ Decimū enī eſt regem non ignorare qualis
ſit illa pollicia ſcđm quam principatur ⁊ que
eam poſſunt ſaluare et corrūpere talia autem
maxime ſciri poterunt per experientiā: nā cuz
quis diu expertus eſt regni negocia de leui ar
bitrari poterit qui bonum ſtatum regni cor/
rumpit ⁊ ſaluat· ¶ Decet ergo regem frequen
ter meditari ⁊ habere memoriam preteritoruz
que contigerunt in regno quō iudicata fun/
dauit ⁊ quomodo temporibus retroactis meli
us conſeruatus fuerit bonus ſtatus regni ut
ſciat cognoſcere qualiter principari debeat et
que corrumpunt ⁊ ſaluant regnuz ⁊ guberna/
tionem regni· quia his ignoratis recte regnū
gubernare non poterit·

## Que ſunt conſiliabilia ⁊ circa que oportet conſilia adhibere· Caplm·xvi·

Icebatur ſupra quatuor conſideran
da eſſe in regimine ciuitatis videli/
cet principē· conſilium· pretorium· ⁊
populuz· poſtq̄ ergo auxiliante deo determi/
nauimus de principe ⁊ diſtinximuſ quot ſunt
genera principatus ⁊ qui illorū recti ⁊ q illo/
rum peruerſi ⁊ declarauimus regnum eſſe op
timum principatum· ⁊ tirannidem peſſimum
manifeſtauimus autez qđ ſit regis officium ⁊
que oporteat ipſum facere ut recte regat popu
lum ſibi cōmiſſum· probauimus ꝙ decet mul/
tis viis regem uigilem curam aſſumere ne cō
uertatur in tirannum quantū ſpectat ad pre/
ſens negocium ſufficienter tractauimus que
circa principem ſunt dicenda· Reſtat ergo de
conſilio pertranſire que tractanda ſunt circa
ipſum· Sed cum dicat phūs· iii· ethi· conſiliabi
tur utiq̄ȝ aliquis nō pro quibus conſiliatur in
ſipiens: inſanus: ſed pro quibus ſapiens ⁊ ītel
lectum habens· Ideo primo uidenduz eſt que
ſunt conſiliatiua· ⁊ circa que dēnt fieri cōſilia
ne tāquā ignorātes ꝯſiliari velimus de qbus
non ſunt conſilia adhibenda· ¶ Poſſumuſ au
tem tangere ſex quantum ad preſens ſpectat
que ſub conſilio non cadunt· ¶ Primo eniȝ q̄
cunq̄ȝ ſunt mutabilis conſilium noſtrum ſub/
terfugiunt: nā ideo conſiliamur ut regulemur
in actōib⁹ nr̄iſ ⁊ ut uitem⁹ mala ⁊ ut ꝯſeq̄mur
bona q̄ ergo uitari n̄ pn̄t ⁊ q̄ mutationi n̄ ſub
iacent ſub conſilio non cadunt· Ideo dicitur
iii· ethi· ꝙ de eternis· i· de īmutabilibus nulluſ
conſiliatur· nullus enim querit conſilium de
diametro ſi eſt cōmenſurabil' coſte uel đ quo/
cunq̄ȝ īmutabili· ¶ Secundo etiam conſiliabi
lia non ſunt quecunq̄ȝ mobilia ſi ſemp vnifor/
miter moueantur· Nam que ſemper vniformi
ter mouentur ſcđm quod hmōi ſunt quandaz
neceſſitatem habent conſiliabilia autem non
ſunt neceſſaria ſed contingentia· Ideo dicitur
ī ethi· ꝙ de his que ſemper ſunt in motu ⁊ que
ſemper vniformiter mouentur: puta de verſio
nibus ſolis ⁊ de ortibus ſiderum nullus conſi
liatur ſidera enim licet moueantur tamen qa
ſemper ſunt in motu nec ꝓpter noſtra opera ī
mutari poſſunt eoruz curſus· Ideo circa talia
non eſt conſilium adhibendum· Si autem cir
ca talia cadit conſilium hoc non eſt ſcđm ſe ꝑ/
ut deſeruiunt actionibus noſtris ut quia aliq̄
humana opera congruenti⁹ fiunt tempore ca
lido Aliqua vero tempore frigido curſus ſide
rum que inducere habet ſcđm diuerſa tempo/
ra calorem ⁊ frigiditatem: non per ſe ſed ꝑ ac/
cidens poteſt ſub conſilia cadere· ut ſciamus
quo tempore que opera ſunt fienda·
¶ Tercio non ſunt conſiliabilia ⁊ que fiūt fre
quenter ſi fiunt a natura· Ideo de imbrib⁹ q̄
ſemper fiunt tempore yemali ⁊ de caumatibuſ
que ſepe contingunt tempore eſtiuali non ha
bet eſſe conſilium quia talia naturalia ſunt et
non dependent ex operibus noſtris: Ideo de
eis non conſiliamur niſi ut deſeruiunt operi/
b⁹ noſtris· hoc ergo modo ſicut ⁊ circa curſus
ſiderum ⁊ circa quecunq̄ȝ alia deſeruientia hu
manis actibus: bene ergo dicitur in ethi· ꝙ đ
ſiccitatibus ⁊ imbribus non eſt conſilium
¶ Quarto non ſunt conſiliabilia que etiā fi/
unt raro ſi ex fortuna contingant nam qcūq̄ȝ
conſiliatur uult ex electione uel ex intentione
aliquid adipiſci· que ergo preter intentionem
eueniunt conſiliabilia eſſe non poſſunt· Ideo
dicitur in ethi· non eſſe conſiliū de his q̄ ſunt
a fortuna puta de theſauri inuētione· ¶ Quī
to non ſunt conſiliabilia omnia humana opa:
quia non cadunt ſub conſilio noſtro: opera il/
lorum hominū que ꝓpter noſtra facta muta/
ri non poſſunt· Ideo dicit̄ in ethi· ꝙ qualiter
utiq̄ȝ ſcite optime conuerſent̄: nullus lacede/
moniorū conſiliatur: nec etiam nulli gallici
conſiliantur qualiter optime viuant yndii· cō
ſiliabilia ergo non ſunt īmutabilia· nec vnifor
mia ſemper· nec que ſunt a natura: nec que a
fortuna: nec omnia humana cadunt ſub ſuo
conſilio: ſed ſolum conſiliamur de his que ſūt
operabilia per nos: nam ut dicitur· iii· eth· ſin
guli autē hominū conſiliantur de his operabi
bilibus que fieri poſſunt per ipſos· ¶ Sexto
non ſunt conſiliabilia omnia q̄ ꝑ nos fieri poſ
ſunt nam quecunq̄ȝ finaliter per opera noſtra
adipiſci intendimus ſub conſilio non cadunt·
nam conſiliū non eſt de fine ſed de his q̄ ſunt
ad finem oportet eniȝ in conſilio preſuppone
re finaliter intentū ⁊ non conſiliari de ipſo· ſȝ
de his per que conſeq̄ poſſumus illud· Medi
cus enim qa finaliter intendit ſanitatē nō con
ſiliatur utrū debeat ſanare egrū: ſȝ hoc accipit
tanquā certum ⁊ notum egrum ſanandum eē
⁊ conſiliatur de viis per quas facilius ⁊ meli⁹
ſanetur: ſic rector ciuitatis ⁊ regni nō conſili/
antur utrū ciues inter ſe pacē debeant habere
⁊ utrum regnū oporteat eſſe in bono ſtatu· ſȝ
hoc accipit tanq̄ȝ certa ⁊ nota ⁊ conſiliat̄ quō
melius fieri poſſint· Sunt ergo conſiliabilia
que dependent ex operibus noſtris ⁊ non ſūt
finaliter intenta· nec ſe habent ut finis: ſed ut
ea que ſunt ad finem·

## Quid eſt conſilium ⁊ qualiter conſilia ſunt fienda· Caplm· xvii·

Est autē omē conſiliū quedā queſtio
quia ut dicitur· vi· ethi· conſiliās au/
tem ſiue bene ſiue male conſilietur:
querit aliquid ⁊ ratiocinat̄ ꝓpter quod quicū
q̄ȝ conſiliatur querit nō tamē ecōuerſo· naȝ ut
dicitur· iii· ethi· licet omne conſiliū ſit queſtio·
non tamē omnis queſtio eſt cōſilium· Si eniȝ
conſiliabilia ſunt ſolū que depēdēt ex operib⁹
noſtris conſiliū erit queſtio nō de quibuſcūq̄ȝ
ſȝ ſolū de agibilibus humanis· poſſunt autem
circa ſpeculabilia ⁊ circa naturas rerū ⁊ circa e
terna fieri qōnes multe· ſȝ hmōi qōnes cōſilia
dici nō debent· ¶ Viſo qđ ē conſiliū quia eſt
queſtio agibilium humanorū reſtat videre q̄/
liter eſt cōſiliandū ⁊ quē modū in cōſiliis hr̄e
debemus· Sunt aūt quātum ad preſens ſpec/
tat ſex obſeruāda ut ſciamus qualiter ſit con/
ſiliandū· ¶ Primum eſt quia quāto aliquid ē
magis determinatū tanto minori eget cōſilio
Immo ſi omnino determinatū eſſet nulli ege/
ret conſilio· Ideo quarto ethi· ꝙ circa certas o
perationes diſciplinarum non eſt conſilium·
puta de litteris· non enim conſiliatur ſcriptor
niſi ſit omnino ignorās qualiter debeat ſcri/
bere litteras quia hoc ſufficienter determina/
tum eſt ꝑ artez ſcribendi· ¶ De his ergo ſunt
conſilia que poſſunt fieri per nos ⁊ non ſunt
omnino certa ⁊ determinata qualiter fieri de
beant· Ideo dubitam⁹ ⁊ conſiliamur circa ipa
Eſt ergo vnus modus in conſiliis adhibend⁹
ꝙ quando aliquod factum regni proponitur
quanto pluribus modis fieri poteſt ⁊ quanto
minus hȝ certas ⁊ deteriatas vias tāto ꝑ plus
tp̄us eſt cōſiliandum ut de illis viis facilior ⁊
melior eligatur· ¶ Secundo eſt in conſiliis at
tendendum ⁊ non conſiliemur de qbuſcunq̄ȝ
minimis ſed de magnis dicebatur enim ſupra
ꝙ timor conſiliatiuos facit: qui ergo conſilia/
tur videtur timere ⁊ dubitare ne aliquo infor
tunio contingente deficiat a conſecutione op/
tati boni· uel incurrat aliquod damnum: uel a
liquod aliud maluȝ: Que ergo ſunt ualde mo
dica ut que ſunt apta nata efficere paruum bo
num uel prohibere modicum maluȝ non ſunt
conſiliabilia: eſt ergo modus attēdēdus in cō/
ſiliis ut de magnis conſilietur negotiis·

¶ Tercio cum conſiliari volumus debemus
alios aſſumere nobiſcum inter quos confera-
mus de negociis fiendis. nam licet homo īter
ſeipſum poſſit īuenire vias ⁊ modos ad aliqd
peragendū attamen imprudēs eſt qui ſolo ſuo
capiti innititur. ⁊ renuit aliorum audire ſen
tentias. Magne enim prudentie eſt in conſili
is hunc habere modum: ut cum aliis confera-
mus quid agendum quod ex duobuſ patet. nā
conſilia ut dictum eſt eſſe debēt de reb⁹ mag-
nis. In talibus autem nullus debet omnino
ſibi credere ⁊ proprio ſenſui inniti: ſed debet
alios ad ſe vocare ſciens ꝙ plura cognoſcere
poſſunt multi quā vnuſ. Ideo dicitur. iii. eth.
conſiliatores aſſumimus in magna diſcreden
tes nobis ipſis velut non ſufficientibus dino
ſcere. ¶ Rurſus hoc idem patet ex eo ꝙ conſili
um eſt circa agibilia particularia ī quib⁹ mul
tum valet experientia. nam in talibus ut dicu
tur primo metha. plus proficit expertus quā
artifex quare cum plures plura experti ſint q̄ꝫ
vnus ſolus: decet ad hm̄oi negocia alios ad-
notare ut per eorū conſiliū poſſit eligi via me
lior quales autem eſſe debeant conſiliarii ad
notandi in proſequendo patebit. ¶ Quarto ē
in conſiliis attendendum ut ſecreta habeant̄
que ibi dicuntur: naꝫ multa negocia diſturbā-
tur ex reuelatione conſiliorū. Inde forte con-
ſilium nomen accepit. Dicunt enim aliqui ꝙ
conſilium quaſi idem eſt ꝙ deſ dium: dictuꝫ ē
autem conſiliuꝫ: quia plures ſimul concedere
debent: ſed forte melius dicere poſſumuſ ꝙ cō
ſilium dictum ſit a con ⁊ ſileo ut illud dicatur
eſſe conſilium ꝙ ſimul aliqui plures ſilent et
tacent. Nam maxime eſt hoc in conſiliis atten
dendum. ⁊ maxime in conſiliis ubi tractātur
negocia cōmunia et facta regni: ut vnuſqſqꝫ
conſiliarius adiecta dilectione priuati boni. ſo
lum aſpiciat ad cōmunem profectum: ⁊ ut reg
ni profectus impediri non poſſit: ſecreta tene
re debet que ibi ſunt tradita. Hoc enim fuit ꝙ
apud romanā rem publicam exaltauit fideli-
tas conſiliantiū: quibus quicqd per conſiliuꝫ
in eorum auribus dicebatur adeo ſecretū erat
ac ſi non audiſſent illud. Unde valerius maxi
mus ſcd̄o libro de factis memorabilib⁹ capitu
lo de inſtitutis antiquis cōmendans romāos
conſiliatores ait. ꝙ fidum ⁊ altuꝫ erat ſecretū
conſiſtoriuꝫ reipublice ſilētiqꝫ ſalubritate mu
nitum cui⁹ limen intrantes abiecta ꝓuata di-
lectione ita dilectionē publicam induebant ut
non dicam vnum ſed neminem audiſſe creder̄
ꝙ tam multorum auribus fuerat cōmiſſum.
¶ Quinto eſt in conſiliis attendendum ut n̄
loquantur ibi placentia ſed uera. Adulatores
enim dum principi placere ſtudent vera ſilen
tes ⁊ placita promulgantes exponunt pericu-
lo totum principatum uel totum regnum.
Inde eſt ergo ꝙ quidam ſapiens ariſtodeſ no
mine dicebat conſiliarios duo in ſe habere de
bere ꝙ nec eſſent plani. i. manifeſti ⁊ propala
tores conſiliorum. nec eſſent placentes ut qd̄
eſſent adulatores plus curantes loqui placen
tia q̄ꝫ uera. Sic etiam ut recitat phūs. ii. reth.
quidam poeta nomine alexander. Uidens pri
amum in conſiliis eſſe ſecretarium ⁊ veracem
cōmendans eum dicebat iſte eſt qui cōſulit ac
ſi diceret ꝙ alii reſpectu eius conſiliatores di-
ci non debent ſed magis forte adulatores.
¶ Sexto eſt in conſiliis attendendū ut diu cō
ſiliemur: ⁊ ſi aſſit oportunitas cito in opere ex
equamur. nam cum adeſt oportunitas operā-
di ⁊ ſi recte uolumus ⁊ non illud facimus hoc
eſt quia ignoramus an expediat illud fieri. be
ne ergo ſe habet diligenter quodlibet negociū
diſcutere arduū an utile ſit illud facere. ſꝫ poſt
quā per diuturnū conſiliū eſt recte cognitum
quid fiendum ſi aſſit operandi facultas prom
te operari debemus. bene ergo dictum eſt qd̄
ſcribitur. vi. ethi. ꝙ conſiliamur multo tempo
re: operamur autem prompte ⁊ ꝙ oportet cō-
ſiliari tarde ſed facere cōſiliata velociter.

Quales conſiliarios aſſumere deceat regiā
maieſtatem. Caplm. xviii.

Omnia autem que habere debet bene
perſuadens ⁊ bene creditiuus appa-
renter expedit ut habeat bonos con-
ſiliarios exiſtenter. Nam ex hoc aliquis ꝑſua-
det in conſiliis ⁊ creditur dictis eius. quia ex-
timatur bonus cōſiliarius eſſe ad ꝑſuadendū
Sed ad hoc ꝙ aliquis ſit bene creditiuus nō
oportet ipſum eſſe exiſtenter talem: ſed ſuffi-
cit ꝙ videatur uel appareat talis eſſe: nam ho-
mo iudicat que foris patent ⁊ ex apparentib⁹.
Ideo fit ſufficienter homini fides ⁊ redditur
ei aliquis creditiuus ſi extimet illum bonū cō
ſiliatorem eſſe: ſed ad hoc ꝙ bonus conſiliator
exiſtat: nō ſufficit ꝙ ſit apparenter talis reqri
tur exiſtenter talem eſſe: bene igitur dictum ē
ꝙ quecunqꝫ bene perſuadens habet apparen-
ter bonus conſiliator exiſtenter habere debet.
Quare ſi ſcire volumus quales cōſiliarios ha
bere deceat regiam maieſtatē ⁊ que ⁊ quot ſūt
in conſiliis requirenda: ſcire expedit quot mo
dis perſuadetur hominib⁹ uel quot modis fit
eis fides ⁊ inclinantur ad credēdum ſermōes
auditos: hec autē ſunt tria ſcd̄m quod in omi
locutione tria ſunt ꝯſideranda videlicet dicen
tem qui loquitur: auditorē ad quem loquitur:
⁊ rem de qua loquitur. ¶ Primo enim eē pōt
ꝙ perſuadetur auditoribus ⁊ inclinantur ad
credendū ſermones auditos ex parte dicentis
quod contingit ſi dicens ſit bonus uel credat̄
bonus nam bonis hominibus etiā ſi nullaſ ra
tiones aſſignare ſciant: creditur eis ⁊ faciunt
fidem auditoribus: ſed hm̄oi fideſ ſumit origi
nem ex parte dicentis: nam quia dicēs credit̄
eſſe bonus cum tales mentiri nolint de facili
creditur eoꝝ dictis. ¶ Secūdo poteſt fieri cre
dulitas auditoribus ex parte ipſoꝝ auditorū:
quod contingit ſi proferens ſermones ſit beni
uolus ⁊ amicus. nam ſicut homines cōmuni-
ter ⁊ ut plurimū decipiuntur circa ſeipſos: et
credant ſe pluſ ualere q̄ꝫ valeant ⁊ eſſe magis
ſapiētes q̄ꝫ ſint: ⁊ in negotiis fiendis cōmuni-
ter credunt homines plus videre quā videāt:
⁊ magis loqui ad ꝓpoſitum q̄ꝫ loquantur: ſic
quia amicus reputat̄ alter ipſe cōmuniter de
cipiuntur homīes circa amicos. Nam ut dicit̄
i. reth. amantes ⁊ odiētes nō pariter iudica-
mus. Cōmune eſt enī ut amicoꝝ facta ut plu-
rimum deferamus in bonū: ⁊ inimicoꝝ ī ma-
lum. Paſſionamur enim circa amicos ſicut cir
ca nos ipſos ut credamus eos plus ualere q̄ꝫ
valeant ⁊ eſſe meliores q̄ꝫ ſint. Quare ſi audi
tores credunt beniuolis ⁊ amicis uel eis quoſ
eſtimant tales eſſe hm̄oi credulitas ſumit ori
ginem ex parte ipſoꝝ auditorum ad quos eſt
ſermo qui ex ſe paſſionātur ⁊ inclinant̄ ut fi-
dem adhibeant eis quos putant amicos eſſe.
¶ Tertio fit credulitas ex parte ipſaꝝ rerum
quod contingit ſi dicens ſit prudens uel cre-
datur eſſe prudens: nam prudentis eſt ſcire et
cognoſcere ipſas res: ⁊ ipſa negocia agibilia:
quia ut dicitur primo eth. vnuſquiſqꝫ bene iu
dicat de his que nouit: ex ipſis ergo negotiis
⁊ ex ipſis rebus de quibus loquitur prudens:
quia ea ſcit cognoſcere ⁊ iudicare facit fidē au
ditoribus: hec autē credulitas ⁊ hec perſuaſio
eſt per ſe: nam reddere ſe credibilem ⁊ bene ꝑ-
ſuadere per ſe eſt ex ipſis rebus ⁊ ex ipſis ne-
gotiis de quibus loquit̄: ſcire aſſumere ratio-
nes ⁊ argumenta per que fides fiat audienti-
bus ⁊ quia prudenteſ ſciunt facere ⁊ qui exiſti
mantur prudētes extimant̄ talia facere. Ideo
ad hoc ꝙ aliquis ex rebus de quibus loquitur
fidē faciat uel oportet ꝙ ſit prudens uel ꝙ cre
datur eſſe prudēs. Omnis ergo bene ꝑſuadēs
uel omnis ille cuius dictis creditur ⁊ adhibet̄
fides: uel oportet ꝙ ſit bonus: uel ꝙ amicus
uel ꝙ prudens: ⁊ ſi nō exiſtēter apparēter ſal-
tem. Itaqꝫ cum dictum ſit ꝙ que bene perſua
dens ⁊ ille cui fides adhibet̄ debet habere ap-
parenter: oportet ꝙ bonus conſiliator habeat
exiſtenter ſatis apparet quales ꝯſiliatores de
ceat querere regiā maieſtatem: qa dꝫ querere
taleſ qui ſint boni: ⁊ amici ⁊ ſapientes: ut ſi bo
ni ſint nō mētiant̄ ratione ſui: quia bonis diſ-
plicet omne malū: ⁊ omne deteſtabile: menda-
cium autem ut dicitur. iiii. ethi. per ſe eſt ma-
lum ⁊ deteſtabile. ¶ Secundo conſiliarii dēnt
eſſe non ſolū boni ſed amici ut nō ſolum non
mētiantur ratione ſui qui loquunt̄ ⁊ q conſili
um prebent ſed etiā rōne eius ad quē loquun
tur ⁊ cui conſiliū prebent: qa amicoꝝ eſt ami-
cis vera ⁊ bona conſulere. ¶ Tercio conſilia-
rii debent eſſe ſapiētes qa non mētient̄ ex pte
rerum de quibus loquūtur qa cognoſcent ne
gocia agibilia ⁊ ſcient qualiter ſit agendū: hec
ergo tria querēda ſunt in cōſiliariis: videlicet
bonitas amicicia ⁊ ſapientia. nam ut recte con
ſulant ſicut patet ex dictis debent eſſe boni et

amici et ſapientes.

**Quot oportet ſcire ꝯſiliarios ⁊ circa quot ſunt ꝯſilia adhibenda. Caplm. xix.**

Si conſiderentur dicta philoſophi. i. reth. v. ſunt de quibus conſiliantur homines: videlicet de proventibus: de alimento: de cuſtodia ciuitatis: ⁊ de pace ⁊ bello: ⁊ de legiſlatore: circa hec ergo. v. oportet cōſiliatores eſſe inſtructos. Primo enim cōtigit eſſe regis conſilium circa prouentus in quo duo ſunt attendēda. ❡ Primo ne maieſtas regia aliquos prouentus iniuſte uſurpet a ſuis cōciuibus: probatur enim ſupra regē debere eſſe talem qui bonus ⁊ virtuoſus tanquā pollicia diligeret exiſtentes in regno promoueret ⁊ honoraret quod eſſe nō poſſet ſi bona eorum que ſunt in regno uſurparet iniuſte.
❡ Rurſus eſt attendendū ne in ſuis prouentibus defraudetur: expedit enim regium cōſiliū ꝓ viribus ſaluare iura regis: eo ꝙ huiuſmodi bona ordinanda ſunt ad bonū cōmune: ut ad defenſionem regni ⁊ ad bonum ſtatū eius: decet ergo conſiliarios ſcire introitus ⁊ prouentus regni: quos oportet puenire ad regem qui ⁊ quanti ſunt: quatenus ſi q̄s eſt ſuperfluus ⁊ iniuſte accept⁹ auferatur: ſi quis vero deficit uel eſt diminutus apponatur ⁊ augeatur.
❡ Secundo debet eſſe conſiliuꝫ de alimēto ut ſciatur utrū ciuitas uel regnuꝫ cui pricipatur aliquis rector ſufficiat ſibi in alimento ⁊ in deſeruientibus ad ſufficientiam vite: conſiderādum eſt enī quantū alimentū eſt in regno uel in ciuitate qualibet ipſius regni ⁊ quātum eſt ibi adductibile ⁊ quorū inductione adduci valeat: ut circa hec debita conſilia ⁊ debite ordinationes fieri poſſint: nō enim modicū conſiliandum eſt circa alimētuꝫ ut quelibet ciuitas habeat ſufficientia ad uitam quia aliter iam n̄ eſſet ciuitas ut in hm̄oi ſufficientibuſ ad vitā fieri debent debite cōmutationes ut debite emtiones ⁊ venditiones. Conſiderande enim ſūt menſure ⁊ pōdera vendētiuꝫ ⁊ cū expedit taxādum eſt preciū venditionis ſi ultra quā debēt venditores res ſuas vēdere vellēt. ❡ Tertio eſt conſiliū adhibendum circa cuſtodiam ciuitatis ⁊ regni quod dupliciter fieri habet: nam primo eſt cuſtodia adhibenda ne inſurgant ſeditiones ⁊ malicia inter ciues: Ideo attendendum eſt diligenter qui ciuiū reputantur boni ⁊ qui infames ⁊ circa infames maior cuſtodia adhibeatur: ⁊ ſi dep̄hendantur male egiſſe puniantur: uel etiam totaliter extirpentur: quia reges ⁊ principes nō d̄nt pati maleficos viuere. Sunt etiam conſiderāda loca in quibuſ cōſueuerunt magis maleficia ppetrari: naꝫ ſicut quidam hominū magis iniuſtificant ꝙ̄ alii: ſic ſunt quedam loca magis apta ad iniuſtificandū ꝙ̄ alia: ut in ciuitate contingit eē vicoſ aliquos magis eē ſuſpectos ꝙ̄ alios: quia iniuſtificantes ibidem poſſunt magis latere ⁊ effugere punientes: ſic etiā extra ciuitatē loca aliqua ſunt nemoroſa ⁊ vmbroſa magis apta ad iniuſtificandū ꝙ̄ alia: debet ergo adhiberi conſilium ut circa talia maior cuſtodia prehbeatur. ❡ Rurſus circa cuſtodiā ciuitatis ⁊ regni non ſolū ſunt adhibenda conſilia propter ipſos ciues uel propter eos qui ſunt in regno: ne vnus iniuſtificet in alium ſed etiā ꝑpter ipſos extraneos: conſideranduꝫ enim eſt utrum regnum ex aliqua pte poſſit inuadi: ⁊ utrum aliqua ciuitas regni ab extraneis poſſit ſuſcipere detrimentū: ideo paſſagia portus introitus ⁊c. talia vnde poſſunt extrinſeci advenire: nō ſunt extraneis cōmittenda uel tribuenda: ſed ſunt diligenter cuſtodienda uel muniēda.
❡ Quarto habet eē conſiliū circa pacem ⁊ bellum quod nō eſt intelligendū circa pacem ciuium uel circa eorum belliū: nam pax ciuium eſt aliquid finaliter intentum: bellum autem eſt cuius oppoſitum: de fine autem ⁊ de eius oppoſito nullus ſanementis conſiliatur: nam nō eſt conſilium niſi de his de quibus eſt dubiuꝫ eo ꝙ cōſiliū ſit quedā queſtio: ⁊ queſtio ſit dubitabilis ꝑpoſitio: de fine autē ⁊ de hoc ꝙ priñcipaliter intenditur nullus dubitat ipſum eſſe ꝓſequendum. De eius auteꝫ oppoſito quilibꝫ cognoſcit ipſum eſſe fugiendum. Ideo pax ciuium ꝓ viribus eſt proſequēda ⁊ eorum diſſētiones ⁊ bella pro viribus fugienda: ⁊ in hoc n̄ eſt queſtio nec conſilium. ❡ Sed vtrum cum extraneis debeamus hr̄e pacē uel bella dubitabile eſſe poteſt ⁊ poſſunt ad hoc adhiberi conſilia circa quod ſunt duo conſideranda. Primo ut nunquā capiatur iniuſtū bellū quia iniuſtificari in alios ⁊ eos indebite opprimere per ſe eſt malū ⁊ fugiendum: deinde ſi viſum ſit bellum eſſe iuſtum conſiderāda eſt potētia regni uel ciuitatis: que bellare debet quāta ſit ⁊ quāta ei poteſt aduenire extrinſecus. Conſideranda eſt etiam potētia aduerſarioruꝫ. nam ſcd̄m phūm. i. reth. ad meliores pacem debemus habere: ad deteriores autem nobis eſt expugnare uel non pugnare contra eos. Poſito enim ꝙ potentiores ad quos reſiſtere nō valemus: in nos forefaciant prudentie eſt non inſurgere in ipſos niſi occurrat oportunitaſ temporiſ in quo ex eis congrue poſſimus vindictas aſſumere. ❡ Quintum circa quod ſunt conſilia adhibenda: eſt lator legum: nam ut dicitur p̊mo retho. in legibus eſt ſalus ciuitatis: cōſeruantur enim ciuitates ⁊ regna ꝑ leges iuſtas quia abſqꝫ iuſticia nequeunt regna ſubſiſtere. Decet autem ſcire regem quot ſunt genera dominorum ſiue quot ſunt ſpecies principantiū ⁊ qui principatus eſt durabilior: ⁊ qualiter priñcipatus ſcd̄m quē dominatur habet ſaluari et corrumpi: ut eligens optimuꝫ modū principādi ferat leges iuſtiſſimas ſcd̄ꝫ quas ſaluari habet principatus ille. Quis ſit autem optimus modus principandi ⁊ quale debeat eſſe regis officium: ⁊ quō rex ſe debeat in ſuo dominio ꝓſeruare fuit in ſuperioribus patefactum: quare ꝑ ſuperius iam dicta coadiuuante experiētia geſtorum particulariū que continue occurrunt in curiis regum ⁊ principum: inſtrui poterit rector ciuitatis aut regni: qualiter circa lationem legum ſit conſiliandum ⁊ que leges ſunt ferende ut ſaluetur principatus eius intēdimus in capitulis ſequentibuſ de legib⁹ multa inquirere ut ſimul ex dictis ⁊ dicendis melius veritas patebit.

**Quod quantum poſſibile eſt ſunt omnia legibus determinanda ⁊ quā paucíora poſſunt arbitrio iudicum cōmittenda. Caplm. xx.**

Quia in precedentib⁹ capitulis determinauimus de principe: oſtendendo qualis debeat eſſe pīceps ⁊ determinauimus de conſilio: declarando quales d̄nt eſſe conſiliarii ⁊ que ⁊ quot ſunt illa circa que habet eſſe conſilium. Reſtat ſcd̄m ordinem ꝓtaxatum ut exequamur de pretorio ſiue de iudicio inueſtigando qualiter iudicandum ſit: ⁊ quot ſunt genera leguꝫ ⁊ alia que circa iſtā occurrunt materiam. Sed cum iudiciuꝫ fiat per leges aut per arbitrium aut per utrumqꝫ. Prius quā oſtendamus qualiter ſit iudicandum declarare volumus ꝙ quantuꝫ poſſibile eſt ſunt omnia legibus determinanda ⁊ quā pauciora poſſunt arbitrio iudicum cōmittenda. Quod quadruplici via inueſtigare poſſumus quarū tres tanguntur. i. reth. quatuor vero tāgit. vi polli. ❡ Prima via ſic patet nā pauciores ſunt legum conditores ꝙ̄ iudices iudicantes ſcd̄m leges iam conditas. Nam in qualibet ciuitate oportet eſſe aliquod pretorium ordinariuꝫ ad quod cauſe reducantur ⁊ litigia exorta in ciuitate illa per leges tamen conditas in vna ciuitate regulari poſſunt ciuitates multe. Immo eadem ciuitate in qua leges conduntur contingit plures eſſe iudices ꝙ̄ legum cōditores. nā leges ſi iuſte ſint debent eſſe quaſi īmortales ⁊ īmutabiles: quia circa eas nulla aut modica mutatio fieri debet. Iudices tamē iudicantes ſcd̄m illas moriuntur ⁊ corrumpuntur: contingit etiam abſqꝫ corruptione ⁊ morte iudices a ſuo officio remoueri ⁊ alios in ſuum locū ſuccedere ſibi ſaltem per ſucceſſionem ipſoruꝫ oꝫ in eadem ciuitate multos eſſe iudices: eo ꝙ ipſi quaſi continue innouantur nō tamen ſic oꝫ multiplicare legum conditores eo ꝙ leges nō ſic continue innouari debent: quare ſi legum conditores reſpectu iudicum ſunt pauci: quia facilius eſt inuenire paucos ſapiētes quā multos: ut omnia ſapienter diſponantur expedit quantum poſſibile eſt per legem omnia determinari ⁊ quā pauciſſima arbitrio iudicum cōmittere. ❡ Secunda via ſic oſtenditur nam facilius ⁊ melius uidetur quid rectum ⁊ quid iuſtum ⁊ ſi illud multo tempore diligenti conſideratōe diſcutiatur ꝙ̄ ſi oporteat ſtatim iudi-

exactuam ſententiam proferre. Itaq; cum legū conditores multo tempore ⁊ magno conſilio deliberare poſſint quales debeant leges ferre. Iudices propter inſtantiā pertinet ⁊ quia nō debent lites prolongari ſed deprimi niſi tantā habent diuturnitatem ad videndum quid iuſtum in propoſito: ne igitur in iudicando erretur quantum poſſibile eſt ſunt omnia legibus determinanda ⁊ pauca diſcretioni iudicum cōmittenda. ¶ Tercia via ſic declaratur nam cōditores legum leges ferunt in vniuerſali ⁊ de futuris dicentes quicunq; ſic egerit ſic puniatur ignorantes an amicus uel inimicus ſit illa facturus: ⁊ debeat illam ſubire ſententiam. nam ſi ſcirent ꝙ amicus: forte obliquarentur in iudicando ⁊ penam palliarent. Si vero inimicus inclinarentur forte in partem oppoſitam ⁊ punitionem augerent. Nunc autem q̄a ſolum in hoc leges ferant ⁊ neſciūt quid ī particularibus ſit futurum non peruertuntur in iudicando amore uel odio inclinati. Iudices autem non ſic nam iudicum iudicia non ſunt de futuris ſed de preteritis nō vniuerſaliter: ſed in particulari. Incuſantur enim determinate perſone ad quas eſt amare uel odire ⁊ ſepe talia annexum habent proprium cōmodū. Ideo iudex de facili obliquatur: nam amātes ⁊ odientes ⁊ aliquod temporale cōmodum cōſiderantes non equaliter iudicāt: quare ne iudicium iudicum obliquatur: bonum eſt quantum poſſibile eſt omnia lege determinare ⁊ q̄ pauciſſima arbitrio iudicum cōmittere.

¶ Has autem tres rationes tangit phūs. i. retho. dicens ꝙ maxime quidē cōtingit recte poſitas leges quecūq; poſſibile eſt determinare: ⁊ preterea pauciſſima cōmittere iudicantibus. Primum quidem quia facilius eſt habere vnū aut paucos ſapientes q̄ multos: Deinde quia legiſlatores fiunt ex conſideratis ex multo tēpore iudicia autem ex ſuborto ⁊ ſubito.

¶ Tercium vero quod eſt maximū omnium: quia legiſlatores ſunt de futuris ⁊ in vniuerſali. ſed prefectus aut iudex iudicat de preſentibus ⁊ determinatis ad quos eſt amare ⁊ odire ⁊ quibus proprium cōmoduz annexū eſt ſepe.

¶ Quarta via ad oſtendendum hoc idem ſic declarari poteſt nam ut infra patebit oportet aliqua cōmittere arbitrio iudicum quia geſta particularia complete ſub narratione non cadunt nec lege omnia cōplete determinari poſſunt tamen quantum poſſibile eſt omnia legibus ſunt determinanda: ⁊ quanto pauciora poſſunt: ſūt arbitrio iudicum cōmittenda quia ut dicitur. vi. polli. quanto vtiq; minor inimicitia fuerit exequentibus iudicia. tanto magis accipient finem executione iudiciorum. quare cum iudex iudicando reos ſcd̄m leges non tantam inimicitiam incurrat: quantam ſi iudicaret eos arbitrio proprio ne iudex timore inimicitie inclinatus differat debito fini iudicia mancipare: quantum poſſibile eſt ſunt omnia legibus determinanda: ⁊ pauca arbitrio iudicum cōmittenda: ſufficienter enim iudex excuſatur cum ſcd̄m poſitas leges aliquid iudicat: quia non videtur ipſe ſcd̄m ſe hoc agere ſed lege cōpulſus dicitur talem ſententiam ꝓmulgare.

## Qualiter eſt in iudicio procedendum: ⁊ ꝙ ſermones paſſionales ſūt coram iudice prohibendi.

Capl'm. xxi.

Attendere debent iudices ut in iudicio procedant ut ſermones paſſionales prouocantes ad paſſiones ut ad iram ⁊ odium in iudicio prohibeantur multi enim litigantiū cognoſcentes ſe habere malaz cauſam non narrant quid factum ⁊ quid non factum ſed conuertunt ſe ad cōmouendum iudicem ad iram ⁊ odiuz circa aduerſarios ⁊ ad benignitatem ⁊ miſericordiaz erga ſeipſos. ſz ꝙ tales ſermones ſint prohibendi triplici via inueſtigare poſſumus. Prima ſumitur ex eo ꝙ huiōi ſermones obligare habent iudicē quem eſſe oportet quaſi regulam in iudicando. Secunda vero quia predicti ſermones tollunt ordinem iudicandi. Tercia quia quidā ſunt impertinentes ad propoſitum. ¶ Prima via ſic patet ſcire enim debemus ꝙ iudex in iudicando de litigiis ut recte iudicet ſic debet ſe habere inter partes litigantes ſicut lingua volens diſcernere de ſaporibus uel ſicut quilibet alius ſenſus volens diſcernere de propriis ſenſibilibus habere ſe debet inter ipſos ſapores uel inter propria ſenſibilia. Eſt enim ſenſus media proportio ſenſibilium ⁊ quam diu nō inficitur ſcd̄m alterum contrariorum dat rectum iudicium de ſenſibus ut quamdiu lingua non eſt infecta aliquo humore recte iudicat dicens amarum eſſe amarum ⁊ dulce dulce. Si uero inficiatur colera uel flemate uel aliquo alio humore tunc non quaſi exiſtens in medio: ſed cōtracta ad alterum contrariorum peruerſe iudicat dicens dulce eſſe amarum ⁊ econuerſo ut patz in infirmantibus ⁊ habentibus infectum guſtum. ſic iudex quando eſt medius inter litigātes non declinans ad alteraz partem quaſi regula recta dicet iuſtū eſſe iuſtum ⁊ iniuſtuz iniuſtum. Si uero ad alteram partem declinet ꝑ miſericordiam ⁊ amiciciam ab altera vero recedat per iram ⁊ odium quaſi regula tortuoſa peruerſe iudicabit: ⁊ quia hoc faciunt ſermōes paſſionales: ꝑmittere talia ī iudicio nihil eſt aliud q̄ regulam obliquare: quare ſi inconueniens eſt permittere obliquari regulā incōueniens eſt ſuſtinere in iudicio paſſionales ſermones. Dato tamen ꝙ contingat ſuſtinere aliquos paſſionales ſermones quia ut in ſequentibus patebit proniores debent eſſe iudices ad miſerendum quā ad puniendum potius ſuſtinendi ſunt ſermones paſſionales prouocātes ad miſericordiam uel beniuolentiā q̄ ad odiū uel ad iram. ¶ Secunda via omnes paſſionales ſermones permittendos non eſſe ſumitur ex eo ꝙ talia peruertunt ordinem iudicandi. ī iudicando enim eſt ordo quidam quia aliqd̄ ē ibi tanquam ſuppremum ⁊ aliquid tanquam medium ⁊ aliquid tanquam infimum: tanquā ſuppremum quidem eſt rex ipſe uel princeps: uel alius legiſlator: tanquā medium vero eſt ipſe iudex: ſed tanquam infimum eſt ibi reus: uel incuſatus uel partes litigantes eſt eniz iudex medius inter legiſlatorem ⁊ litigantes: ⁊ quia medium aliquid debz accipere ab utroq; extremorum. Iudex tanquā medius aliqd̄ accepit ab utriſq;: nam a legiſlatore accipit q̄d iuſtum ⁊ quid non iuſtum. Si enim per leges diſcernitur q̄d iuris ab alio addiſcit iudex q̄d iuſtum in agibilibus humanis per cuius leges regulantur in iudicando a legiſ ergo latore diſcit iudex quid iuſtum. ſed a partib⁹ diſcit q̄d factum uel non factum. Si autem diſcit ab eis quid iuſtum hoc eſt per accidens inquantum allegant leges conditas a legum latore: quare cum ſermones paſſionabiles inclinent voluntatem ⁊ faciant apparere aliquid iuſtum uel non iuſtum eo ꝙ paſſionati ut amantes ⁊ odientes ⁊ gaudentes ⁊ triſtantes non pariter iudicamus permittere paſſionales ſermones in iudicio eſt peruertere ordinez iudicandi: quia eſt facere partes legiſlatores ⁊ tenere ſuppremum gradum in iudicando que debent tenere infimum peruertitur ibi talis ordo q̄a partes paſſionando iudicē ei faciunt apparere aliquid iuſtum uel iniuſtum quod non eſt officium partium: ſed legiſlatoris per legiſ enī latorem uel per leges ab eo conditas oportet apparere iudici quid iuſtum ⁊ quid iniuſtum nō autem hoc debet fieri per partes litigantes uel per ſermones paſſionales a partib⁹ ꝓmulgatos. ¶ Tercia via ſumitur ex eo ꝙ tales ſmones ſunt impertinentes ad propoſitum ⁊ ſunt extra negocium iudicandi. nam cum lis ſit de aliquo facto uel de aliqua re nihil oportet dici in iudicio niſi pertinens ad rem uel ad negocium de quo eſt litigium paſſionare autē iudicē aut narrare iniurias quas pars aduerſa iudici intulit uel narrare bona que ipſi iudici contulerunt ⁊ hoc modo ꝓuocare iudicem ad maliuolentiam partis aduerſe ⁊ ad beniuolentiā ſui eſt omnino impertinēs ad ꝓpoſitum: quare non ſunt talia permittenda.

## Que ⁊ quot oporteat iudices habere ut contingat eos bene iudicare.

Capl'm. xxii

Poſſumus autez. iiii. enumerare que oportet habere iudices ut vera iudicia ꝓferant ⁊ ut recte iudicēt. Primū eſt autoritas iudicandi. Scd̄m eſt prudētia legum: Tertium experientia agibiliū. ⁊ quartū rectitudo voluntatiſ. In omni enī litigio quātum ad preſens ſpectat. iiii. eſt conſiderare. vi-

delicet partes litigantes negocium de quo liti
gant: leges ſcd'm quas ſunt litigia iudicanda:
⁊ legiſlatorem: aut regem aut principeʒ a quo
datur auctoritas iudicandi: expedit autem iu/
dices ut recte iudicent ad omnia hec debite ſe
habere: nam iudicium non debet eſſe uſurpa/
tum nec temerarium nec iniquũ nec preſump
tuoſum ſiue ſuſpicioſum. Judices enĩ ſi nõ rec
te ſe habent ad legiſ latorẽ faciũt iudiciũ uſur
patum: Tunc quidem dicunt̃ iudices nõ rec/
te ſe habere ad legiſ latorẽ quando excedũt au
toritatem ſibi cõmiſſaʒ. ¶ Secundo dicuntur
iudices facere iudicium temerariũ ſi non rec/
te ſe habent ad leges: ut ſi careãt legum prudẽ
tia: nam ſine cognitione legũ recte cauſe iudi
cari non poſſunt. ¶ Tercio ſi iudices nõ de/
bite ſe habent ad partes litigantes: facient iu
dicium iniquum: nam ut pat. ex habitis iu/
dex debet eſſe quaſi regula recta media inter
utraſqʒ partes: quare ſi hmõi regula a medio
deuiat ⁊ ad vnam partem declinat per amorẽ
ab alia vero recedit per odium oportet ipſu iu
dicare inique quia tunc iudiciũ nõ procedit ex
zelo iuſticie ſed ex amore uel odio partium.
¶ Quarto ſi iudices non debite ſe habent ad
negocia agibilia ut ſi ſint inexperti humanorum
actuum facient iudiciũ ſuſpicioſum: quia ali/
quando ex leui ſuſpicione alios cõdemnabit nõ
erit ergo rectum iudiciũ niſi cõcurrant ibi au
toritas iudicandi prudẽtia legum: zelus iuſti/
cie ⁊ experientia agibiliũ. Nam ſicut in curan/
do morbos corporales aliqñ pluſ pficit exper
tus q̄ artifex eo ꝙ habeat noticiaʒ cõditionũ
particulariũ ſic in iudicio agibilium ⁊ in diſ/
cuſſione cauſarũ aliqñ plus pficiunt experti
quã ſciẽtes iura. Omnia ergo predicta requi/
runtur ad recte ⁊ debite iudicandum. Pʒ itaqʒ
quales iudices ⁊ quales diſcuſſores cauſaruʒ
querere deceat regiam maieſtatẽ: nã decet eoſ
tales querere qui ſint humiles nõ excedentes
autoritatẽ ſibi cõmiſſam ſicut prudentes in le
gibus ſcientes eas applicare ad litigia exorta
habeant zelum iuſticie uel ut nõ ex amore uel
odio partium ſed ex dilectione iuſticie ſenten/
tias proferant. Habeant experientiam agibili
um ut cognoſcentes particularia acta melius
diſcutiant cauſas.

**Que ⁊ quot oporteat cõſiderare iudices
ut indulgeant humanis ut ſint clemen/
tes potius q̄ crudeles.**

Caplm. xxiij

Uantum ad preſenſ ſpectat. x. enume
ra re poſſumus que videtur tangere
phũs. i. retho. ad que decet reſpicere
iudicem ut humanis indulgeat ⁊ ut ſit clemẽs
potius q̄ ſeuerus. Primuʒ eſt ipſa natura hu/
mana. ſm legiſ lator. terciũ pius intellect⁹ le/
gum. quartũ operantis intentio: quintũ mul/
titudo bonorum operũ: ſextum diuturnitas tem
poris retroacti: ſeptimũ exceſſus bonitatis ſu
pra maliciã: octauuʒ pacientia accuſati: nonũ
corrigibilitas peccantis: decimũ ſubiectio de/
linquentis. ¶ Primo enim ipſa natura huma
na clamat ꝓ clementia delinquẽtis: nam cum
natura humana de ſe ſit debilis ⁊ mutabilis et
prona ad malum ſi contingat aliquẽ delinque
re: infirmitas nature ſupplicat pro venia: ideo
dicitur. i. retho. ꝙ epyeikes eſt indulgere hũa/
nis: dicitur enim eſſe epyelres qui eſt ſupra iu
ſtum ſiue ſupra iuſticiã. phũs igitur parcentẽ
humanis appellat ſupra iuſtum quia clemẽtia
eſt extollenda ſupra veritatẽ ⁊ ſupra iuſticiam
¶ Secundum ꝙ inclinare debet iudicẽ ad cle/
mentiam eſt ipſe legiſ lator nam forte ipſe rex
uel ipſe princeps cuius eſt leges ferre ſi conſi/
deraret conditiones peccantis indulgeret eis
quare ſi iudex hoc poteſt opinari ꝙ legiſ lator
diſpenſaret in legibus ⁊ parceret reo: magis d
bet agere cum eo miſericorditer q̄ crudeliter:
Jdeo dicitur. i. retho ꝙ iudicans potius debʒ
reſpicere ad legiſ latorẽ q̄ ad leges. ¶ Terciũ
inclinans ad pietatem eſt pius intellectus le/
gum: leges enim ad terrendũ delinquẽteſ quã
dam ampliorẽ ſeueritatem cõtinent: quare ſi
legum verba ut terreãt peccantes ſunt ampli/
oris ſeueritatis contẽtiua decet ut per piũ in/
tellectũ moderetur ſupplicii magnitudo: hoc
eſt ergo quod dicitur. i. reth. ꝙ iudicans nõ dʒ
reſpicere ad verba legũ ſed ad intellectũ legis.
¶ Quartum eſt intentio operantis: nam licet
de quo incuſatur aliquis ſit de genere malorum
ipſe forte non habuit prauã intentioneʒ uel ſi
habuit adeo prauã ut opus intẽdit ⁊ quia du
bia meditanda ſunt in meliorẽ partem: ſi ali/
quo modo põt percipere iudex peccanteʒ non
peccaſſe ex electione ſed ex ignorãtia uel ex in
fortunio dʒ ad clementiam declinare ideo dici
tur. i. retho. ꝙ iudicans debet aſpicere non ad
actionem ſed ad electionẽ. ¶ Quintum indu/
cens ad miſericordiã eſt multitudo bonorum
operum nam forte ille qui nunc deliquid mul/
ta bona opera prius fecit: debet ergo iudex nõ
ita reſpicere ad partẽ ut ad hoc particulare ne
gocium in quo delinquunt ſicut ad totum ut
ſicut ad multa bona opera que prius fecit ideo
dicitur. i. reth. ꝙ iudicans nõ debet reſpicere
ad partẽ ſed ad totũ. ¶ Sextũ eſt diuturnitas
tp̃is retroacti: nã contingit etiã in pauco tp̃e
facere multa bona opera: duo ergo debent idu
cere regẽ aut quẽcunqʒ aliũ dñm ad dilectionẽ
alicuius ſubditi: uel quia multa ſeruicia rece/
pit ab ipſo: uel qa multo ſeruiuit ſibi: hec eniʒ
duo licet ut plurimũ ſe cõmittent̃ quia q mul
to tempore ſeruiuit ut plurimũ multa ſeruicia
fecit ⁊ ecõuerſo: contingit tamẽ hec duo ab in
uicem ſeperari: nã homo non ſeruit alteri niſi
occurrat tempus ⁊ oportunitas ſeruiendi. põt
enim cõtingere ꝙ in multo tempore occurrãt
oportunitates pauce ⁊ in pauco multe. Jſtud
itaqʒ ſextum inclinatiuũ ad pietatẽ reſpiciens
diuturnitatẽ temporis nõ eſt idẽ cum quinto:
ꝙ reſpicit multitudinẽ operũ. Quare ſi conti/
gat aliqueʒ ſubditorũ nunc in aliq̃ pte tẽporis
delinquere: qui toto tempore ſe bene habuit p̃
cedenti: eſt cũ ipſo miſericorditer agendum: et
magis reſpiciendũ eſt ad multum ⁊ ad totum
tempus precedẽs: q̄ ad modicũ ut ad hãc par
ticulam tp̃is in qua delinquit. Jdeo dicitur. i.
reth. ꝙ iudex nõ debet aſpicere qualis nunc ẽ
incuſatus ſed qualiſ quidẽ fuit ſemꝑ in multo
tp̃e precedenti. ¶ Septimuʒ inclinans ad pie/
tatem eſt exceſſus bonitatis ſupra maliciã: nã
ſicut bonum excedit malũ ⁊ eſt eligibilius ipo
ſic eligibilius eſt rectorem bonorum dari ⁊ grati
arum quas ſuſcepimus ab aliquo q̄ iniuriarũ
quas ſuſcepimus ab illo. Unde ⁊ Julius ceſar
in hoc nõ modicum cõmendatur: quia ut dici/
tur nõ habebat memoriã iniuriarum. Sed ob
liuiſcebatur illas. dato ergo aliquẽ in nos de/
linquere temporibus retroactis a quo multa
bona ſuſcepimus debemus ad illũ miſericordi
ter nos habere ⁊ magis memorari boni ſuſcep
ti q̄ iniurie illate. Jdeo phũs. i. reth. volẽs iu/
dicantes ad miſericordiã induceret erga delin
quentes in ipſos ait ꝙ magis debet recordari
bonorum que paſſi ſunt a delinquente q̄ in/
iurie que fecit. ¶ Octauum eſt pacientia icu/
ſati: nam ſi aliquis incuſatur de aliquo delicto
ꝓ quo punitur a iudice. ſi punitionẽ paciẽter
ſuſtinet ⁊ nõ murmurat in pena ſibi impoſita
eſt cum illo magis miſericorditer agendum.
Jdeo dicitur. i. reth. ꝙ indulgendũ eſt huma/
nis ſi contingat patientẽ patienter eſſe. i. ſi cõ
tingat eum qui penã patitur eaʒ patienter ſuf
ferre. ¶ Nonum eſt corrigibilitas peccantis:
nam ſunt aliqui ita corrigibiles ⁊ ita diſcipli/
nabiles ꝙ ſola increpatione. i. ſolo ſermõe me
liorantur ⁊ deſinunt praua agere: talib⁹ ergo
eſt valde indulgendum: ⁊ tales ſunt valde be/
nigne tractandi. Jdeo dicitur. i. reth. ꝙ iudex
debet indulgere humanis ſi credat magis pec
cantem iudicari velle ſermone q̄ opere.
¶ Decimũ inclinans ad clementiã eſt ſubiec/
tio ⁊ humilitas delinquentis: nã ſi delinquẽs
omnino ſe ſubicit omnino ſe humiliat ⁊ ponit
ſe totaliter in arbitrio iudicantis eſt cum eo
mitius agendum. Jdeo dicit̃. i. retho. ꝙ vidẽs
epyelres. i. ſuper iuſtos debʒ indulgere huma
nis: ſi viderit delinquentẽ magis velle ire ad
arbitrium q̄ ad diſceptationẽ: omnino enĩ cõ
tra rationem eſt humilitati nõ parcere: cũ be/
ſtie hoc agant: canes quidẽ nõ offendũt humi
liantes ſe ⁊ proſternentes ſe coram eis. Jdeo
dicitur. ii. reth. ꝙ autem ad humiliantes ceſſet
ira etiã canes manifeſtant nõ mordentes eos
qui reſident. ¶ Patet ergo quomodo decet iu
dices eſſe magis clementes q̄ ſeueros ⁊ ſi hoc
decet iudices multomagis decet reges ⁊ prin/
cipes quos cõgruit ampliori bonitate pollere
decet itaqʒ eos eſſe clemẽtes ⁊ benignos: nam
ꝙ iuſticiam deſerant quia ſine ea pax regni et
bonus ſtatus ciuium nõ poteſt conſiſtere: ſed

ſaluato cõmuni bono ⁊ pace regni quãtũ poſ/
ſibile eſt debent ad miſericordiã declinare: q̃li
ter autem clementia poſſit ſtare cum iuſticia
infra patebit·

Q̃r diuerſa ſunt genera legũ ⁊ diuerſi ſunt
modi iuſticie ⁊ ꝙ in ius naturale ⁊ poſitiuũ
cetera alia reducunt̃· Caplm·xxiiii·

Um leges ſint quedaꝫ regule iuris ꝑ
quas in noſtris agibilib⁹ reglamur
diiudicantes ꝑ ipſas quid iuſtũ ⁊ qd
non iuſtũ in noſtris actionibuſ plane patet ꝙ
eo mõ quo diſtinguim⁹ ius ſiue iuſtum diſtin
guere poſſumus leges ipſaſ ⁊ ecõuerſo· Poſſu
mus autẽ tam de lege ꝗꝫ de iuſto· v· diſtinctio
nes facere quarũ due tãgunt̃ ·i· reth· iii· ponit̃
v· ethi· iiii· traduntur a iuriſtis· v· nos ipſi ſupad
dere poſſumus· Diſtinguit̃ enim ius qa quod
dam eſt ſcriptũ ⁊ quoddã nõ ſcriptuꝫ· quoddã
eſt cõmune: quoddã proprium: quoddã eſt na
turale: quoddã legale ſiue poſitiuũ· Has autẽ
tres diſtinctiones iuris phũs tradidit: ſed iu/
riſte quarto mõ iuſ diſtinxerũt dicentes ꝙ eſt
quoddam ius naturale ⁊ quoddã ius gentiuꝫ
⁊ quoddã ciuile· Jllo ergo modo quo iuriſte ſe
parant ius naturale a iure gentiũ poſſemuſ ſe
parare nos ius naturale a iure animaliũ: ⁊ da
re quintã diſtinctionẽ iuris dicẽdo ꝙ quadru
plex eſt ius: videlicet naturale: animaliũ: gen/
tiũ ⁊ ciuile· ¶ Has ergo· v· diſtinctiones quaſ
fecimus de iure ſiue de iuſto: facere poſſumus
de ipſa lege: ut ergo hec omnia melius pateſi
ant ⁊ ut has diuerſitates ad concordiã reduca
mus· Sciendũ ꝙ duplex eſt iuſtũ uel duplex
eſt lex naturalis ⁊ poſitiua· Dicũtur enĩ iuſta
naturalia que ſunt adequata ⁊ proportionata
ex natura ſua: uel dicũt̃ iuſta naturaliter que
dictat eſſe talia ratio naturalis: uel ad que ha
bemus naturalẽ impetum ⁊ inclinationẽ· Ju/
ſta vero poſitiua dicuntur que non ex natura
ſua ſed ex pacto hominũ uel ex inſtitutione iu
ſta iudicantur: in ea cũ natura rerum ſit eadẽ
vbiqꝫ: quia quod eſt ignis in vno loco: ut ĩ frã
cia eſt ignis in alio ut in italia: res enĩ eedem
ſunt apud omnes licet non eodem vocabulo
nominẽtur: ſic etiam ſtatuta populi ⁊ pacta
ciuium ⁊ edicta principũ non ſunt eadẽ apud
omnes· Jnde eſt ꝙ ius naturale dicitur differ
re a poſitiuo: qa naturale ut traditur· v· ethi·
vbiqꝫ eandẽ habet potentiã: ſed poſitiuũ ex ꝓn
cipio anteꝗꝫ ſit ſtatutum: nihil differt eſſe ſic
uel aliter: poſtꝗꝫ autẽ eſt edictuꝫ incipit habe/
re ligandi efficaciã: ratio autem quare iuri na
turali oportuit ſuperaddere poſitiuum eſt: qa
multa ſunt ſic iuſta naturaliter ſic̃ ẽ naturale
homini loqui: habemus enĩ naturalẽ impetuꝫ
⁊ naturalẽ inclinationẽ ut loquamur: ⁊ ut per
ſermonẽ manifeſtemus alteri qð mẽte cõcepi/
mus: ſed ꝙ loquamur hoc ydeoma uel aliud ñ
eſt naturale ſed ad placitũ· Jnde eſt ꝙ omnes
homines loquunt̃ nõ tamẽ omẽs ꝓferunt idẽ
ydeoma· Jnde eſt etiã ꝙ phũs ·i· periermeniaſ
voces ⁊ ſermones dicit eẽ ad placitũ· q· i· polli·
ait ſermonẽ nobis eſſe datum a natura· Sicut
ergo loqui eſt naturale ſic loqui ſic uel ſic ẽ po
ſitiuum ⁊ ad placituꝫ: ſic fures punire nõ pati
maleficos viuere ⁊c̃· hmõi ſunt de iure natura
li quia hec eẽ fienda dictat ratio naturalis: et
habemus naturalẽ impetũ ut hec fiant· ſurgũt
enim iſta ex ipſa natura rei: naturale eſt enim
ꝙ exponatur periculo bonũ partis ꝓ ſalute bo
ni totius· ut ꝙ abſcidatur membrũ putridum
ne pereat totum corpus: ſic qa fur ⁊ maleficuſ
⁊ quilibet malefactorũ turbat pacẽ ciuium inſi
diatur cõmuni bono: ideo naturale ius exigit
ut tanquã membrũ putridum abſcidatur ⁊ ex
terminetur: ne exponatur periculo ⁊ ne impe/
diatur cõmune bonũ: naturale ẽ ergo talia pu
nire ſed ea punire ſic uel ſic eſt poſitiuum ⁊ ad
placitũ· Jdeo apud omnes volẽtes ciuiliter vi
uere maleficia puniuntur ſed nõ apud omnes
eadem maleficia corrigunt̃ eiſdem penis: ubi
ergo terminatur ius naturale ibi incipit oriri
ius poſitiuũ: quia ſemper que ſunt ꝑ artem ho
minũ adinuenta fundant̃ in his q̃ tradita ſũt
a natura ius enĩ poſitiuũ per artẽ ⁊ induſtriã
hominũ adinuentũ preſupponit ius naturale
ſicut ea que ſunt artis preſupponũt que ſunt
nature: quare ſi ius naturale dictat fureſ ⁊ ma
leficos eſſe puniẽdos hoc preſupponẽs ius po
ſitiuũ precedat ulterius determinatas qua pe/
na ſint puniẽda talia: hoc viſo quãtũ ad p̃ſenſ
ſpectat duplicẽ dr̃am aſſignare poſſumus in/
ter ius naturale ⁊ poſitiuũ· Prima eſt qa ius
naturale prima facie ſe offert intellectui· Jus
poſitiuũ nõ ſtatim ſe oſtẽdit ſꝫ ꝑ induſtriã ho/
minũ adinuentũ ⁊ quia ſic ſe offert intellectui
noſtro naturales leges ⁊ qð ẽ de iure naturali
ſimplr̃ dr̃ eſſe ſcriptũ in cordib⁹ noſtris: nam
gẽtes que legem nõ habẽt naturalr̃ ea q̃ legis
ſunt faciunt ⁊ oſtendũt opus legis ſcriptũ in
cordibus eorũ· Jus vero poſitiuũ quia nõ ſic
eſt ſcriptũ in corde ne a memoria recederet· oꝫ
ipſum ſcribi in aliq̃ exteriori ſubſtãtia: poteſt
itaqꝫ vtrũqꝫ ius ſcribi in aliq̃ exteriori ſubſtã
taꝫ naturale ꝗꝫ poſitiuũ· naturale tñ nõ ſic in
diget ut ſcribatur ſicut poſitiuũ nã nõ ſic põt
a memoria recedere ſicut illud· ¶ Scða dr̃a ẽ
qa ius naturale ẽ idẽ apud omẽs: ideo dicit̃ eẽ
ius cõmune: ſꝫ ius poſitiuũ diuerſificat̃ apð di
uerſas ciuitates ideo vocatur ius ꝓpriũ· Jnð
ẽ ergo ꝙ enpẽ· ut recitat phũs ·i· reth· appellat
ius naturale etherẽ ſiue ignẽ q ꝯtinuat ꝓten/
dere ꝑ inexplicabilẽ claritatẽ· Jgnis enĩ in pro
pria ſpera qa plus ſe diffundit ꝗꝫ alia elã ⁊ di/
ſtantior eſt omĩb⁹ illis aſſimilatur iuri naturali
qð ẽ diffuſiuũ ⁊ cõius ꝗꝫ ius poſitiuũ ⁊ eſt no
tius ⁊ clarius illo· ¶ Ex hoc igitur patere põt
ꝙ omnes diſtinctiones q̃s ponit phũs ð iure
ſiue de iuſto reducunt̃ ad ius poſitiuũ ⁊ natu
rale: nã ut patet ꝑ habita ius naturale dicitur
eſſe nõ ſcriptũ ⁊ eẽ cõe ⁊ ſcðm naturã· Jus ve/
ro poſitiuũ dr̃ eſſe ſcriptũ ⁊ eſſe ꝓprium ⁊ le/
gale· qd autẽ ſentiendũ ſit de iure gentiũ ⁊ de
iure animaliũ in ſequẽti capitulo patebit·

Quõ ius gentiũ ⁊ ius poſitiuũ a iure natu
rali habet eſſe diſtinctũ· Ca· xxv·

Mnes diſtinctiones de iure factas a
phõ q̃s in p̃cedẽti capitulo tetigim⁹:
bimẽbres erãt quarũ vnum mẽbrum
cõtinebatur ſub iure naturali ⁊ aliud ſub ciui/
li ſiue ſub poſitiuo· Juriſte tñ ut dicebat̃ terti
um addiderũt membrũ ut ius gentiũ ſm queꝫ
modũ loquẽdi põt ibi addi mẽbrũ quartum ut
ius aĩaliũ· Ad cui⁹ euidentiã ſciendum qð ut
eſt ſm ꝓpriam rõnem cõſideratus differt ab a
nimalib⁹ aliis: ſꝫ ut aĩal eſt ⁊ ſ rõnẽ cõmuneꝫ
acceptus conuenit cũ illis· Si igit̃ ea ſunt de
iure naturali ad que habemus naturalẽ ĩpetũ
⁊ inclinatõm: hmõi naturalis ĩpetus uel ſeq̃t
naturã noſtrã: ut ſumus hoĩes ⁊ ut differim⁹
ab aĩalibus aliis ⁊ tale ius appellat̃ ius genti
um· Si vero inclinatio illa ſequat̃ naturã no/
ſtram ut cõuenimus cũ animalibuſ aliis ſic di
citur eſſe ius naturale· Jdeo inſtituta de iure
naturali ut hic ſunt tradita hoc ius dicitur ꝙ
naturale eſt ꝙ natura omnia animalia docuit
Omne enĩ ius ut ibidem ſcribitur nõ eſt pro/
priũ humano generi: ſꝫ oĩum aĩalium que ĩ ce
lo ⁊ que in terra ⁊ q̃ in mari naſcũtur ſcðꝫ hoc
ergo eſt de iure naturali cõiunctio maris ⁊ fe/
mine ꝓcreatio prolis ⁊ educatio filiorũ: naꝫ ſi
ad hoc homo naturaliter inclinatur ⁊ ſcðꝫ hui
uſmodi impetũ ſeq̃t naturam humanã ⁊ tamẽ
nõ ſequit̃ ipſam ut humana eſt: ſed ut animal
eſt ⁊ ut conuenit cum animalibus aliis: naꝫ ⁊
animalia naturaliter inclinant̃ ut maſculi cõ
iungantur feminis ut filios generẽt ⁊ ut ipos
nutriant ⁊ foueant· Jus vero gentiũ dicit̃ qð
non eſt cõmune aĩalibus aliis ſcðm qð cõmu/
ne eſt omni humano gñi· Ex hoc ergo iure pe
ne omẽs ꝯtractus ſunt introducti· ut emptio
venditio: locatio: conductio ⁊c̃· talia ſine qui/
bus ſocietas humana nõ bene ſufficit ſibi ad
vitam· Jnde eſt ergo ꝙ mutuũ ⁊ depoſitio que
etiam deſeruiunt ad uitam humanam in qui/
bus alia animalia nõ cõmunicant ſub hoc iuſ
gentium continent̃· Jus ergo gentiuꝫ eſt qð/
dam ius naturale cõtractũ· Jus itaqꝫ illud qð
natura omnia animalia docuit ⁊ quod ſequit̃
inclinationem noſtram naturalem ut cõmuni
camus cum animalibus aliis reſpectu iuriſ gẽ
tium dicitur eſſe naturale: nã ſi conſiderent̃
dicta in precedenti capitulo ius naturale ẽ qd
cõmune quid notum ⁊ qd ĩmutabile: q̃nto er/
go ius aliqð eſt cõius quã ius gentiũ: tanto
magis meret̃ nomẽ iuris naturalis: ius ergo
ꝙ oĩa aĩalia docuit ⁊ in quo oĩa aĩalia cõicant
eſt cõius ꝗꝫ ius gentium ⁊ ꝑ ꝯſequens ẽ noti⁹·

quia ſunt nobis nota confuſa magis quanto
enim aliquid eſt vniuerſalius tanto eſt intel/
lectui noſtro notius ⁊ priuſ cadit in apprehēſi
one noſtra· Eſt etiam hmōi ius immutabiliuſ
quia regule iuris quāto magis applicant̄ ad
materiā ſpecialem tanto plures defectus con/
trahunt ⁊ in pluribus caſibus nō ſunt obſer/
uande ⁊ maiorem mutationē ſuſcipiunt: meri/
to igitur hmōi ius naturale dicit̄ reſpectu iu/
ris gentium· ¶ Viſo quomodo ius gentiū dif
fert a iure naturali de leui patere poteſt quo
modo ius animaliū differt a iure naturali: nā
ſicut humana natura inquantū homo animal
eſt: cōuenit cum naturis animaliū aliorum: ſic
inquantū homo viuit ⁊ eſt quoddam ens con
uenit cum plantis ⁊ cum ſubſtantiis aliis ⁊ cū
entibus omnibus· Poterit ergo inclinatio na
turalis ſequi naturā hominis uel ut homo eſt
uel ut conuenit cum animalibus aliis: uel ut
cōuenit cum omnibus entibus nam homo na
turaliter appetit conſeruari in eſſe quod ⁊ oīa
alia entia appetunt: naturaliter appetit ꝓdu/
cere filios educare prolē ꝙ ⁊ alia animalia cō/
cupiſcunt: naturaliter etiam appetit viuere in
ſocietate ſm debita pacta ⁊ conuētiones quod
inter animalia eſt proprium ſolius hominis·
Si ergo regule agibiliuꝫ fundentur ſuper hoc
ꝙ homo naturaliter appetit eſſe: ſic hmōi re/
gule eſſe poterunt de iure naturali prout natu
ra humana eſt quedā entitas ⁊ conuenit cum
entibus omnibus· Si vero regule ille ſumant̄
ex eo ꝙ homo naturaliter appetit filios produ
cere ⁊ educare ſic eſſe poterunt de iure natura
li ius prout naturale dicitur eſſe quod natura
omnia animalia docuit: ſed ſi ſumātur prout
homo naturaliter appetit in ſocietate viuere
ſm debitas conuentiones ⁊ pacta ſic erit de iu
re naturali prout ius naturale contractū ē ad
ius gentium: quod eſt proprium ſoli humano
generi· ¶ Ex hoc igitur manifeſte patet ꝙ iuſ
gentium nō dicitur ita ius naturale ſicut ius
quod natura oīa animalia docuit: ſic ius huiꝰ
modi quod natura omnia animalia docuit ñ
eſt ita naturale ſicut ius illud quod ſequit̄ in/
clinationē nature noſtre: prout nō ſolum cōi/
camus cū animalibus aliis ſed ut cōuenimus
cū entibꝰ oībꝰ: nā hmōi ius ē notius ⁊ cōius
illo: nam appetere bonū ⁊ eſſe: ⁊ fugere maluꝫ
⁊ non eſſe eſt plus de iure naturali ꝙ̄ appeter̄
procreare filios ⁊ nutrire prolem· Erit igitur
hic ordo ꝙ ius conſequēs naturam noſtraꝫ ꝓ
ut appetimus eē ⁊ ē bonū naturale reſpectu iu
ris animaliū: ſiue reſpectu iuris ꝙ natura oīa
aīalia docuit: ſic hmōi ius eſt naturale reſpec
tu iuris ciuilis qđ ē ſimplr̄ poſitiuū· tria ergo
ſūt aliquo mō de iure naturali ſm qđ inclina/
tio ſequit̄ naturā noſtrā: naꝫ ſi inclinatio illa
ſequitur naturam nr̄am ut hūana eſt ſumit̄
ius gentiū: ſicut cōuenit cū aīalibꝰ aliis ſit hꝫ
eſſe ius illud ꝙ natura oīa aīalia docuit ſed ſi
ut cōuenit cū omnibꝰ entibus ſic hꝫ eē ius illđ
ꝑ antonomaſiā dicit̄ eē naturale: appetere enī
eſſe ⁊ bonū ⁊ fugere nō eſſe ⁊ malū qđ natura
liter appetimꝰ ꝓut natura noſtra cōuenit cuꝫ
oībus entibꝰ ſic ē đ iure naturali ꝙ cetere alie
regl̄e ⁊ cetere leges ſiue ſint naturales ſiue ci
uiles ex hoc ſumūt originē ⁊ in hoc fundātur·
nā in oībus attendit̄ uel cōſecūtio boni uel fu
ga mali: ſed hoc diffuſius ꝑtractare alterꝰ ex
poſcit negociū· Sufficiat autem ad preſenſ ſcire
quō ius gentiū ⁊ ius animaliū ⁊ etiam ius ci/
uile differt a iure naturali·

**Qualis debeat eē lex humana ⁊ ꝙ ꝯdere ta/
les leges ſit vtile regno ⁊ ciuitati· Ca· xxvi·**

Idē aūt ius ciuile ſiue ius aīalium
humanū ⁊ poſitiuū ad tria cōparari·
videlꝫ ad ius ſiue ad legē nec a q̄ ſuſcipit fūda
mentū: ad bonū cōe qđ in ea intedit̄: ⁊ ad gētē
ad quā applicat̄ q̄ ꝑ illā eſt regulāda: tria igit̄
lex hr̄e dꝫ: prout ad hec tria cōpatur nā ut lex
humana compatur ad legem nec oportet ꝙ ſit
iuſta: ut comparatur ad bonum cōmune neceſ
ſe eſt ꝙ ſit utilis: ſed ut referuetur ad populuꝫ
ad quem debet applicari ⁊ debet regulari per
huiuſmodi legem oportet ꝙ ſit competens cō
poſſibilis conſuetudini patrie ⁊ tpi: nā in agi
bilibus aliquid dandum eſt conſuetudini tpi
⁊ patrie ⁊ moribꝰ hominū: quia ſm ꝙ talia di/
uerſificāt̄ oꝫ in ipſis legibꝰ aliquā diuerſitatē
exiſtere· ¶ Primo igit̄ oꝫ legē hūanā ſiue po/
ſitiuam eſſe iuſtam ut comparat̄ ad rationem
naturalem ſiue ad legem naturalē· qm̄ ſi iuſta
non ſit non eſt lex ſed corruptio legiſ: nihil· n·
ab homine ſtatuitur iuſte niſi aliquo modo ſu
mat originē ex lege naturali ⁊ niſi aliquo mo/
do ratio naturalis dictet illud ſtatuendū eſſe·
¶ Secundo lex humana ⁊ ciuilis debet eē vti/
lis ut cōparatur ad bonū cōmune: nā ſi ī lege
non intenditur bonum cōmune tunc nō ē rec
ta ⁊ regalis ſed peruerſa ⁊ tirannica nam ſicut
rex differt a tiranno quia rex dicitur qui recte
agit ⁊ intendit cōmune bonum: tirannuſ vero
qui ꝑuerſe principatur ⁊ intendit ꝓpriū ⁊ pri/
uatum cōmodum: ſic lex recta ⁊ regia in qua ī
tenditur bonū cōe differt a ꝑuerſa ⁊ tirānica
ī q̄ ītenditur priuatū bonū oportet· n· in legi/
bus ſi recte ſint intendi cōmune bonum nam
ſemper finis eſt regula omnium noſtrorum a
gibilium: nam ⁊ uulgo dicitur ſi hoc intendi/
mus ⁊ hoc ſequi volumus oportet hoc agere:
tales ergo debent eſſe leges que ſunt regule a
gibilium tales requirit bonum ⁊ finis inten/
tus: quare cum bonuꝫ cōmune ſit diuinius ꝙ̄
bonum priuatum: ⁊ bonum priuatum ordine/
tur ad ipſum: oportet leges tales fieri nō qua/
les requirit bonum priuatum ſed quales req/
rit cōmune bonum eo ꝙ hoc habet magis ra/
tionem finis ⁊ per conſequens ſm ipſum ma/
gis ſumende ſunt leges ⁊ regule agibiliū· Im/
mo quia bonum priuatum non habet rationē
boni niſi ut ordinatur ad bonum cōmune: qa
turpis eſt illa pars que diſcordat a toto ⁊ que
ſuo non congruit vniuerſo: ſi in legibus intē/
ditur aliquod bonum proprium hoc non debꝫ
eſſe ſimpliciter ⁊ ſcđm ſe ſed prout ordinatur
ad bonuꝫ cōmune· ¶ Tercio lex prout compa/
ratur ad populum cui eſt imponenda debet eē
poſſibilis ⁊ competens regioni ut conſuetudi
ni ⁊ moribus illius gentis· Ideo dicitur quar
to polli· ꝙ non oportet adaptare pollicias legi
bus ſed leges pollicie quaſ leges oportet diuer
ſas eſſe ſcđm diuerſitatem polliciarum· Volēs
ergo leges ferre diligenter debet attendere q̄/
lis ſit populus cuius ritus ⁊ conditionis ⁊ pro
ut eis viderit expedire: tales debet eis leges
imponere· ¶ Viſo quales leges reges ⁊ princi
pes deceat ponere quia condende ſunt leges:
que ſunt iuſte utiles ⁊ competentes populo:
cui imponuntur: de leui patere poteſt quod ex
pedit regno ⁊ ciuitati huiuſmodi leges conde
re: nam aliqui ſunt de ſe boni ita ꝙ amore ho/
neſti inclinantur ꝙ agant opera virtuoſa: et
deſiſtant agere peruerſe· Aliqui vero ⁊ ſi nō ex
ſeipſis· i· ex habitibus quos habent in ſeipſis
non ſufficienter inclinantur ad bonum atta/
men ſunt facile diſciplinabiles per alios· Ita
ꝙ ſoli ſermones ⁊ ſole increpationeſ inclinant
eos ad bonum· Sed aliqui ſunt adeo peruerſi:
qui nec de ſe inclinantur ad bonum nec per ſo
los ſermones corriguntur: oportet igitur ſal/
tem propter tales ſtatuere leges: que ut dicit̄
x· ethi· coactiuam habent potentiam: Condite
igitur ſunt leges ⁊ expediebat eas ſtatuere ut
ſaltem metu pene volentes impedire pacem ci
uium deſiſterent agere peruerſe·

**Qꝫ non cuiuſlibet eſt ferre leges ⁊ ꝙ ut
vim obligādi hēant oportet eas ꝓmulga
tas eſſe: Capl̄m· xxvii·**

Eges ut patet ꝑ habita ſunt quedaꝫ
regule agibiliū ordinantes nos ī cō/
mune bonū habentes coactiuam po
tētiam· Duplici via venari poſſumus: ꝙ non
cuiuſlibet eſt leges condere· Prima via ſumi/
tur ex eo ꝙ leges noſ ordinant ad cōmune bo
num· Secundo ex eo ꝙ habent potentiā coac/
tiuam· ¶ Prima via ſic patet nā hmōi cuiꝰ eſt
ordinare ⁊ dirigere aliquos ī aliqđ bonū eiuſ
ē cōdere leges ⁊ regulas agibiliū ſm q̄s intēdi
mus in bonū illud· q̄re cū bonū cōe principalr̄
intēdat̄ a tota cōitate ut a toto ppl̄o uel a pri/
cipante que dꝫ eſſe ꝑſona cōis· Leges que or/
dināt nos in cōe bonū cōdēde ſunt a principe
cuiꝰ ē ordinare ⁊ dirigere alios in tale bonum
uel ꝯdēde ſunt a toto populo ſi totuſ ppl̄us ꝑn
cipetur ⁊ ſit in poteſtate eius eligere principā
tem· Nulla eſt ergo lex q̄ nō ſit edita ab eo cui/
us eſt dirigere in bonū cōmune: nam ſi eſt lex
diuina ⁊ naturalis condita eſt a deo cuius eſt
omnia dirigere in ſeipſum: qui maxime eſt cō
mune bonum: quia eſt bonū oīſ boni: lex vero
humana ⁊ poſitiua condita eſt a principe ul̄ a

toto populo·ſi totus populus principetur·pri-
ceps enim aut totus populus cum pricipatur
habet dirigere ⁊ ordinare alios in cõmune bo
num·quelibet ergo perſona particularis que ē
pars multitudinis alicuius: debet eſſe obſer/
uatiua legum:ſed non cuiuſ libet eſt leges cõ/
dere·¶Secunda via ad inueſtigandū hoc idē
ſumitur ex eo ꝙ leges coactiuam habent potē
tiam:poteſt enim quilibet ex populo mouere ⁊
pſuadere alteri ut bene agat ſed hmōi moniti/
ones ⁊ hmōi perſuaſiones non dicuntur leges
quia nihil habent coactiuum extēdendo autē
nomen legis quelibet mandata ⁊ quelibꝫ mo/
nitiones leges dici poſſunt ſcd͂m quem modū
loquendi ut recitat phūs·i·poll·dicebat home
rus ꝙ vnuſquiſqꝫ ſtatuit leges pueris ⁊ vxori
bus:volebat enim homerus ꝙ monitiones et
precepta que facit paterfamilias vxori filiis ⁊
aliis exiſtentibus in domo leges nomīari poſ
ſent:ſed hoc non eſt ſcd͂m propriam acceptio/
nem legum:nam ſicut vna pſona ſingulariſ or
dinatur ad bonum domeſticum : quod eſt bo/
num totalius et cõmunius: ſic bonum dome/
ſticum ordinatur ad bonum ciuile ⁊ ad bonuꝫ
regni quod eſt etiam totalius ⁊ perfectius·q̄/
re ſi a bono perfectiori quod magis habet ra/
tionem finis ſūmende ſunt leges ⁊ regule agi
bilium ſequitur ꝙ non a bono priuato ⁊ dome
ſtico ſed a bono quod intenditur in regno ⁊ ci
uitate ſumēde ſunt leges ⁊ regule agibilium·
Immo quia vī cogendi ⁊ potentiā extermināⁿ
di maleficos non habet proprie paterfamilias
nec pſona priuata:ſꝫ princeps ⁊ perſona publi
ca que preeſt regno aut ciuitati aut alii multi
tudini·Ideo leges habentes coactiuam poten
tiam non ſunt condēde niſi ab eo qui preeſt ip
ſi multitudini uel a multitudine ſi tota hmōi
multitudo principetur·¶Viſo ꝙ non eſt cuiꝰ
libet leges condere de leui poteſt patere legeꝫ
non habere vim obligandi niſi ſit pmulgata
nam cum lex ſit quoddam mandatum ſuperio
ris per quod ligamur ⁊ regulamur in agibili/
bus noſtris:quia ſuperioris mandatum nō li
gat niſi puenerit uel puenire potuerit ad noti
ciam ſubditorum ad hoc ꝙ lex habeat vim ob/
ligandi oportet eam pmulgatam eſſe·Sed cū

alia ſit lex naturalis alia poſitiua:aliter propa
latur hec:aliter illa·Nam lex naturalis eſt a/
deo indita in cordibus noſtris· Ideo in quoli
bet homine hoc pmulgatur ⁊ propalatur quā
do incipit habere rationis vſum:per quā cog
noſcit quid ſequendum ⁊ quid fugiendum fm
quod hec pertinet ad ius naturale Sed lex hu
mana tunc pmulgatur quando exterius pro/
fertur ⁊ prolata in ſcripto redigitur·Quare cū
in legibus ſi ſunt recte ⁊ iuſte ⁊ a legibus natu
ralibus determinate conſiſtat ſalus regni ⁊ ci
uitatis·Decet reges ⁊ principes non modicuꝫ
ſollicitari quas legeſ imponant populo cui do
minantur:⁊ poſtquā cogitauerūt leges impo/
nendas ut huiuſmodi legeſ vim obligandi ha
beant debent eas promulgare ⁊ promulgatas
cuſtodire ⁊ obſeruare· quod ſcd͂m phūm· iiii·
polli·circa leges duplex cura eſſe debet:primo
ut leges bene inſtituantur· Secundo ut bene
cuſtodiantur:uel quod idem eſt ut legibus ſic
inſtitutis bene obediatur·

### Quot ⁊ que opera debent continere leges que a regibus ⁊ principibus ſunt condende·

Capꝫ·xxviii·

Oſtendimus in p̄cedentibus capituliſ
quales debent eſſe leges condende a
regibus ⁊ principibus: quia debēt eē
iuſte utiles ⁊ cõuenīētes populo cui imponū/
tur leges·Volumus autē ī hoc capitulo decla
rare qui ſunt effectus legum ⁊ que ⁊ quot opa
debent cõtinere:hmōi leges·dicunt̄ autē·v·eē
effectus legū:uel·v·eſſe opa legalia·videlꝫ p̄ci
pere pmittere: phibere:p̄miare ⁊ punire·ſunt
enī leges ut ſupra dicebat̄ q̄dā regule actionū
noſtraꝝ:ſicut enim medicina per dietam ⁊ po
tionem ⁊ p alia que in ea traduntur uult regu
lare ⁊ equare humanos humores: ſic ſcientia
pollitica que eſt de regimine regni ⁊ ciuitatis
p leges ⁊ per alia que ibi docentur uult equa/
re ⁊ regulare actiones humanas ut ciueſ iuſte
viuant ⁊ debite ſe habeant· ¶Circa actiones
autem humanas duplex cura eſſe poteſt :vna
cum opera ſunt futura priuſquaꝫ ſunt effectui

mancipata·Alia vero opera cum iam ſunt in
eſſe producta utroqꝫ modo debet eſſe cura cō/
ditoribus legum de humanis actibus·Inde ē
ergo ꝙ aliqui effectus legum ſumūtur reſpec
tu operum fiendoꝝ·Aliqui vero quodā reſpec
tu operum iam factorum·Reſpectu fiendoruꝫ
quidem tria poſſumus attribuere legibus vi/
delicet precipere pmittere ⁊ prohibere·Reſpec
tu factorum vero duo legibus attribuimus:
punire premiare:nam actiones humane ut cō
muniter ponitur in tripli differentia exiſtunt
nam quedam ſunt bone ⁊ virtuoſe: ⁊ quedam
male ⁊ vicioſe:quedam vero medie ut ille que
de ſe ſunt quaſi in differentia:licet forte ex in
tentione operantium poſſint enim eſſe bona
⁊ laudabilia uel mala ⁊ vituperabilia·ut ſi ele/
uare feſtucam de terra ꝺ ſe ſit opus indifferēs
ſi quis tamen mala intentione eleuaret illam
ut quia vellet ponere in oculū ſocii eſſet opus
prauum ⁊ vituperabile:ſi uero eleuando eam
vellet purgare domū uel facere aliquod aliud
opus pium ppter bonam intentionem operā
tis quod de ſe eſt quaſi indifferens eſſe poteſt
virtuoſum ⁊ laudabile· Scd͂m igitur hec tria
genera fiendorum tria legibus attribuimus·
videlicet precipere quantuꝫ ad opera bona: p
hibere quantum ad mala: permittere quantū
ad indifferentia·¶Aduertenduꝫ tamen ꝙ lex
impoſitum quaſi cõmuniter omnibus ⁊ omēs
cõmuniter punctaliter non attingunt mediuꝫ
bonitatis:quia non omnes poſſunt eſſe omni
no perfecti ſpectat ad legiſlatorem non ſolum
permittere in differentia non prohibendo ea
nec puniendo ſed etiam ſpectat ad ipſum per/
mittere non ſolū que non notabiliter recedūt
a medio·nam ſi vellet legiſlator omnia mala
quantumcūqꝫ modica prohibere ⁊ punire: vix
aut nunquā poſſet aliquem populum regere·
Ideo non ſolum permittenda ſunt in differen
tia ſed etiam que modicam maliciam habent
annexam permitti poſſunt a legiſlatore·
¶Viſo que attribuenda ſunt legibuſ reſpectu
operum fiendorum:de leui apparere poteſt q̄
attribuenda ſunt eis reſpectu operuꝫ iam fac/
torum:hec autem ſunt duo punire ⁊ premiare
ut opera notabiliter mala antequam fiant ſūt

prohibenda:ſed poſtquaꝫ iam facta ſunt: ſunt
punienda· Opera uero notabiliter bona ante
quam fiant per leges ſunt precipienda ⁊ conſu
lenda facta vero ſunt premianda:ſed opera in
differentia uel notabiliter bona aut notabili/
ter mala:dicuntur legibus humanis eſſe per/
miſſa:facta vero nec puniuntur nec premian/
tur·Quinqꝫ igitur attribuimus legibus: duo
reſpectu operum bonoruꝫ ut precipere fienda
⁊ premiare facta:⁊ duo reſpectu maloruꝫ ut p
hibere fienda ⁊ punire facta: ſed vnum attri/
buimus legibus reſpectu operum indifferen/
tium uel quaſi indifferentium permittere·
¶His itaqꝫ ſic pertractatis dicamus ꝙ decet
reges ⁊ principes quorum intereſt ſollicitari
circa bonum cõmune: ut circa regimen regni
⁊ ciuitatis cura peruigili inſudare quas leges
⁊ que inſtituta imponant ciuibus:ut diligēter
per ſe ⁊ ſuos conſiliarios diſcutiant que bona
ſunt precipienda ⁊ premianda ⁊ que mala ſunt
prohibenda ⁊ que diſſimulanda ⁊ pmittenda·

### Qualiter melius regitur ciuitas aut regnum: vtrum melius regat̄ optimo rege q̄ꝫ optima lege·

Capꝫm·xxix·

Philoſophus·iii·poll·inquirit vtrum
regnum aut ciuitatem ſit melius re/
gi optimo rege aut optima lege : ad/
ducit autem rationes duas ꝙ melius ſit polli/
ciam regni regi optima lege q̄ꝫ optimo rege·
Prima ſumitur ex eo ꝙ rex debet eſſe quaſi or
ganum ⁊ inſtrumentum legis·Secunda ex eo
ꝙ facilius eſt corrumpi regem q̄ꝫ legem· Pri/
ma via ſic patet·Nam ut dicitur·v·ethicorum
princeps debet eſſe cuſtos iuſti·i·iuſte legis·ē
ergo princeps ſi debite pricipetur quaſi quod
dam organum iuſte legis ut ꝙ iuſte lex fieri p̄
cipit:rex per ciuilem potentiam obſeruari fa/
cit:quare ſi quod eſt principalius eligibilius
eſt in regimine:q̄ꝫ organum ⁊ inſtrumentum
regi optima lege eligibilius eſt quam regi op/
timo rege:hoc eſt ergo ꝙ ait philoſophus· iii·
polliticorum ꝙ eligibilius eſt principari legē

quia hos.ſ.reges aut principes inſtituendum
eſt eſſe ſeruatores legis ⁊ miniſtros legum.
¶ Secunda uia ad inueſtigandum hoc idem
ſumitur ex eo ꝙ facilius eſt peruerti regem ꝙ̄
legem: nam rex cum ſit homo nõ dicit intellec
tum bonum tantũ: ſed dicit intellectũ cum cõ
cupiſcentia. dato ergo ꝙ rex ñ peruertatur ex
eo ꝙ eſt intellectus: puerti tamen poteſt ex eo
ꝙ habet concupiſcentiã annexam. Ideo dicit̃
iii. ethi. ꝙ aliquãdo optimos viros furor ⁊ cõ
cupiſcẽtia tandẽ interimit ⁊ peruertit. Interi
mitur optimus homo per concupĩam: ⁊ ſi non
quãtũ ad eẽ nature tñ quãtuȝ ad eſſe optimũ
qa cum optimus homo incipit furire ⁊ ꝯcupiſ
cere peruerſa: ⁊ ſi non interimit̃ quantũ eẽ na
ture nec interimit̃ quãtũ ad eẽ optimũ: qa ñ
eſt ulterius optimus: rex itaqȝ dicit intellectũ
cũ concupĩa: ſed lex qa eſt aliquid pertinẽs ad
rationẽ videtur dicere intellectum ſoluȝ. ideo
dicit̃. iii. pol. ꝙ qui iubet principari intellectũ
iubet prĩcipari deum ⁊ legem ſȝ qui iubet prĩ
cipari homĩ eſt propter concupĩaȝ annexã ap
ponit ut principetur et beſtia. His ergo rõni
bus videtur oſtendi melius eẽ regnum ⁊ ciui
tatem regi lege quã rege: Sȝ ꝙ hoc nõ ſit ſim
pliciter fatendũ oñdit ibi phũs in eodem. iii.
nã ut ait lex vlr dicit quod nõ eſt vlr: ꝯȝ enim
humanas leges quãtũcunqȝ ſint exquiſite ĩ a
liquo caſu deficere meli⁹ eſt igitur regnũ regi
a lege quã a rege ut ꝑ regẽ corrigi poſſunt le
gales defectus: Itaqȝ ut appareat quid circa
hanc materiã ſit dicendũ Sciendum eſt regeȝ
⁊ quẽlibet principantem eſſe mediũ inter legẽ
naturalem ⁊ poſitiuã: nam nullus recte princi
patur niſi agat ut recta ratio dictat. Nam ra
tio debet eſſe regula humanoꝝ operũ: quare ſi
nomen regis a regendo ſumptũ eſt ⁊ decet re
gem regere alios ⁊ eſſe regulã aliorum oportȝ
regem in regendo alios ſequi rectam rationẽ.
⁊ ꝑ conſequens ſequi naturalem legẽ quia ĩ tã
tum recte regit inquãtum a lege naturali non
deuiat eſt tñ ſupra legem poſitiuam quia illã
ſua auctoritate conſtituit. Itaqȝ ſicut rex nun
quã recte regit niſi innitatur lege naturali ⁊
agat ut recta ratio dictat ſic lex poſitiua nũqȝ
recte ligat niſi innitatur autoritati legis aut
alterius principantis. nam iuſtum poſitiuum
⁊ legale ut ſupra dicebatur ex principio nihil
differt ſic uel aliter: quãdo autem ponitur ꝓ
pter autoritatem ponentis differre differt: q̄
re poſitiua lex eſt infra principanteȝ ſicut lex
naturalis eſt ſupra ⁊ ſi dicatur legem aliquaȝ
poſitiuam eſſe ſupra principantem hoc nõ eſt
ut poſitiua eſt ſed ut in ea reſeruatur virt⁹ iu
ris naturalis. Cum ergo queritur utrum me
lius ſit regnum aut ciuitatem regi optimo re
ge aut optima lege. Si loquamur de lege natu
rali patet hanc principaliorem eſſe in regẽdo
quã ſit ipſe rex eo ꝙ nullus ſit rectus rex niſi
inquantũ innititur illi legi propterea bene di
ctum eſt quod innuit philoſophus. iii. pollit.
ꝙ in recto regimine principari non debet he
ſtia ſed deus ⁊ intellectus: nam tunc principa
tur beſtia cum quis non nititur regere alios
ratione ſed paſſione ⁊ concupiſcentia in qui
bus cõmunicamus cum beſtiis: tunc vero prĩ
cipatur deus: quando quis in regendo alios
non deuiat a ratione recta ⁊ a lege naturali ꝙ̄
deus indidit intellectui cuiuſcũqȝ. Sȝ ſi loqua
mur de lege poſitiua melius eſt regi optimo re
ge quam maxime in caſibus illis in quibus ta
lis lex deficit ⁊ dicit vniuerſaliter quod nõ eſt
vniuerſaliter obſeruandum: ſcđm hoc ergo cõ
cludebat ratio in oppoſitum facta ꝙ melius ẽ
regi rege ꝙ̄ lege eo ꝙ lex particularia deter
minare non poteſt. Ideo expedit regem aut a
lium principantem per rationem rectam aut
per legem naturalem: quaȝ deus impreſſit in
mente cuiuſlibet hominis dirigere legem po
ſitiuam ⁊ eſſe ſupra iuſticiam legalem ⁊ non
obſeruare legem ubi non eſt obſeruãda.
¶ Ex hoc autem patere poteſt quomodo ſeue
ritas ⁊ clementia poſſunt ſimul ſtare cum iu
ſticia nam humani actus propter particulares
circumſtantias ⁊ propter eorum mutabilita
tes ut uult philoſophus. v. ethi. non poſſunt
menſurari regula inflexibili: utputa ferrea: ſȝ
oportet ꝙ mẽſuretur regula plumbea que ſit
applicabilis humanis actibus: Oportet igitur
aliquando legem plicare ad partem vnam ⁊ a
gere mitius cum delinquente quã lex dictat.
aliqñ enĩ oportet eã plicare ad ꝑtẽ oppoſitã ⁊
rigidius punire peccantem ꝙ̄ lex determinet:
nam particulares circumſtãtie que lege deter
minari nõ poſſunt aliquando alleuiãt delictũ
⁊ tunc iuſte ⁊ ſcđm rationeȝ clementer agitur
cum delinquente. Aliquando vero tales circũ
ſtantie aggrauant ⁊ tunc eſt rigidius inceden
dum rigor igitur ⁊ clementia licet videantur
eſſe preter iuſticiam legalem ⁊ poſitiuam: non
tamen ſunt preter iuſticiam ſimpliciter ſed rõ
nabiliter fiant exigentibus particularibus cir
cumſtantiis. Inde eſt ergo ꝙ in iudicando ali
qua dicuntur eſſe de equalitate: aliqua ꝟ rigo
re: aliqua vero ex clementia. Quãdiu regula
regis manet recta ⁊ equalis nõ plicata ad ali
quã partem iudicia menſurata ſcđm talem re
gulam dicuntur ex equalitate ꝓcedere. Si ve
ro exigentibus conditionibus delinquentis le
galis regula plicetur ad partem mĩe: iudicium
tunc factum dicetur procedere ex gratia uel ex
clementia: ſed ſi dicta regula plicetur ad partẽ
oppoſitam: fiet iudicium ex rigore ſiue ſeueri
tate: ⁊ quia hec omnia iuſte ⁊ rationabiliter fi
eri poſſunt clementia ⁊ ſeueritas ſimul cuȝ iu
ſticia poſſunt exiſtere.

## Quod preter legem humanã ⁊ naturalem oportuit dare legẽ euangelicam ⁊ diuinã Ca. xxx.

Uerunt enim aliqui de ſuo ingenio
preſumentes dicentes theologiaȝ ſu
perfluere ex quo habemus phiſicas
diſciplinas in quibus determinatur de omni
ente ⁊ ſuperfluere legem euangelicaȝ ⁊ diuinã
ex quo habemus legem humanã ⁊ naturalem
que videntur omnia vicia prohibere ⁊ omnes
virtutes ꝓcipere: ſed ꝙ preter legem naturaleȝ
⁊ humanam expediens fuerit dare legem euã
gelicam ⁊ diuinã triplici via venari poſſumus
que cõmuniter a doctoribus traduntur.
¶ Prima via ſumitur ex parte punitionis pec
catoꝝ. Secunda ex parte cognitionis noſtre.
Tercia ex parte finis ſiue ex parte finalis bo
ni quod intendimus adipiſci. Prima via ſic pȝ.
nam ut ſupra dicebatur lex humana nõ omnia
peccata punit: quod duplici de cauſa contigit.
Prima eſt qa cõmuniter populus nõ poteſt at
tingere punctaleȝ formã viuendi: ideo oportȝ
aliqua peccata diſſimulare ⁊ non punire lege
humana ad hoc ut poſſit durare principatus
in populo: nõ enim eſſet poſſibile aliqueȝ diu
turne principari ſi vellet omnia peccata puni
re ⁊ omnes tranſgreſſores corrigere. ¶ Rur
ſus ⁊ ſi omnes trangreſſores noti poſſent pu
niri a principante: non tamẽ eſt poſſibile ſim
pliciter omnia delicta puniri: quia non omĩa
perueniunt ad noticiam principis: Immo ali
qua ſunt adeo occulta ut interiores concupiſ
centie que lege humana puniri non poſſunt.
Oportuit igitur preter legem humanam dari
aliquã legem ut nullum malum remaneret im
punitum ⁊ nullum bonum irremuneratuȝ: ad
hoc autem faciendum non ſufficit lex natura
lis ut in proſequendo patebit: oportuit dare le
gem euangelicam ⁊ diuinam ſcđm quam pro
hibentur tam delicta ĩteriora ꝙ̄ exteriora cui
us tranſgreſſores uel in hoc ſeculo uel in alio
punientur. ¶ Ex hoc autem apparere poteſt:
quomodo lex humana prohibet concupiſcen
tias ⁊ quomodo non prohibet: ſed prohibȝ ma
num ⁊ non animũ. Dicebatur enim ſupra hoc
declarandum eſſe. Sciendum ergo ꝙ ſi conſi
deretur intẽtio legiſlatoris lege humana om
nia peccata prohibentur: uel prohiberi debẽt
non enim habet rectam intentionem rex uel q
libet alius legiſlator: niſi intendat ſuos conci
ues facere ꝙ̄ virtuoſiores poteſt: ſed cum ad
perfectam virtutem nullus inducatur niſi in
tendat omnia peccata vitare. ſed ſi conſidere
tur lex quantum ad intentionem legiſlatoris
prohibet animum ⁊ concupiſcentiam. Immo
ut patet per phũm. ii. pollititicorum cum diſpu
tat cõtra ſocratem: ſcđm hunc modum magis
ꝓhibetur concupĩa ꝙ̄ act⁹ exterior eo ꝙ act⁹
exteriores tunc maxime inducunt nos ad vir
tutem ſi ſint boni ⁊ ad vicium ſi ſint mali: cuȝ
procedunt ex interiori appetitu. Sed ſi conſi
deretur lex humana non quantum ad intenti
onẽ legiſlatoris ſed quãtũ ad punitionẽ ſic dr̃
nõ ꝓhibere mẽtẽ ⁊ animũ eo ꝙ talia delicta ñ
puniat. Immo ſcđm hunc modum nõ ſolũ hu
mana nõ prohibet interiores concupiſcentias

ſed etiam non ꝓhibet omnia exteriorũ delicta
nam legibus humanis aliqñ diſſimulanẽ mi
nora mala ut vitentur maiora·ut permittunẽ
fornicationes ſimplices ⁊ nõ puniuntur· legi/
bus humanis ut vitentur adulteria· ¶Scd̃a
via oſtendens neceſſariam eẽ legẽ euangelicã
⁊ diuinã ſumitur ex parte cognitionis noſtre
⁊ ex incertitudine iudicii noſtri: nã de contin/
gẽtibus particularibus ⁊ de agibilibus huma
niſ adeo ſunt iudicia diuerſa hominũ ut de eiſ
dem apud diuerſas gentes diuerſe ſunt leges
ſcd̃m iudicium enim quorundã aliquid eſt iu
ſtum quod ſcd̃m alioꝝ iudiciũ eſt iniuſtũ: qua
re cum in humanis iudiciis cadere poſſit du/
bietas ⁊ error: expediens fuit lex euangelica ⁊
diuina circa quã error eſſe nõ ualet· ¶Tertia
via ſumitur ex parte finalis boni quod inten/
dimus adipiſci: nam cum hmõi bonum ſit ſu/
pra facultates noſtre nature: lex naturalis et
humana iuuantes nos ad conſecutionẽ illius
boni ꝙ poſſumus naturaliter adipiſci nõ ſuf/
ficiunt ad ꝯſequẽdũ illud bonũ ſupnaturale:
ergo neceſſaria fuit lex euangelica ⁊ diuina ꝑ
quã ordinamur ad illud bonũ· Decet ergo re/
ges ⁊ principes quos competit eſſe quaſi ſemi
deos ⁊ eſſe intellectũ ſine cõcupiſcentia ⁊ eſſe
formam viuẽdi ⁊ regulam agibiliũ ſic ſe habe
re ad legẽ diuinam naturalẽ ⁊ humanam ut ſi
cut excedunt alios potentia ⁊ dignitate ſic eoſ
ſuperent bonitate et virtute·

Q(u)uantum poſſibile eſt ſunt leges patrie
obſeruande ⁊ ꝙ cauendum aſſueſcere inno/
uare leges· Capl̃m·xxxi

Uerit phũs·ii·polli·cum diſputat cõ
tra ypodomium: utrũ ſit expediẽs ci/
uitatibus innouare patrias leges et
inducere nouas conſuetudines· ordinauerat
enim ypodomius ut ſupra tetigimus quia inue
niens aliquã legẽ ciuitati ꝓficuam honorem
acciperet in ciuitate illa: ⁊ quia homines ſunt
cõmuniter honoris cupidi inducebanẽ multi
ut inuenientes conſuetudines nouas dicenteſ
eas eſſe utiles ⁊ proficuaſ ciuitati ſoluerent le
ges patrias ⁊ antiquas: merito ergo dubitaẽ
an poſitio ypodomii eſſet bona ⁊ an expediat
ſepe ſepius immutare leges: dato etiam ꝙ occur
runt leges alique que videantur eſſe magis ꝑ
ficue ⁊ meliores· Adducit autem phũs in poll·
iiii· vias ꝑ quas videtur oſtendi ꝙ expediat in
nouare leges: Prima ſumitur ex pte ſcientiaꝝ
⁊ artium· Secunda ex parte puritatis quarum
dam legum· Tertia ex ſimplicitate condentiũ
leges· Et quarta ex indeterminatione particu/
lariũ circumſtantiarũ· ¶Prima via ſic patet
nam in aliis ſcientiis ſic videmus ꝙ ſi occur/
rat poſterioribus aliquid melius reprobanda
ſunt dicta prioꝝ: puta ĩ medicinali arte ſũt
multa paterna eloquia ⁊ in ſcia gramaticali ſi
ue in arte luctatiua que docet luctari: ut innu
it phũs in poll· multa que priores tradiderũt·
ꝑ poſteriores ſunt immutata ⁊ innouata: qua
re ſic erit in legibus ꝙ ſi occurrãt meliores le/
ges ꝙ̃ ſint tradite a prioribus patribus non
ſunt ulterius leges patrie obſeruãde· ¶Scd̃a
via ad oſtẽdendũ hoc idem ſumitẽ ex parte pu
ritatis quarundam legum: nã quaſdam leges
patrias ut phũs innuit contigit eſſe malas et
barbaricas: ſicut erat lex olim apud grecos qꝺ
portantes ferrum ⁊ alia metalla emebant vxo
res adinuicem: omnino enĩ erat barbaricum
ſtatuere leges ut ciues poſſent uxores ſuas vẽ
dere· Sic etiã contingit leges aliquas eſſe ſtul
tas utputa legem illam quam ut recitat phũs
quedam gens ſtatuit videlicet ꝙ ſi aliquis ci/
uis eſſet occiſus ⁊ aliquis conſanguineꝰ mor/
tui inuaderet aliquẽ ciuem ⁊ ille preſentibus
aliquibus fugeret ab eo: reputabatur fugiens
reus homicidii: dicebat enim legiſlator ꝙ nõ
fugeret niſi ſentiret ſe culpabilem: ſed hoc fuit
ſtultum ſtatuere: quia ſiue aliquis ſit culpabi
lis ſiue nõ ſi timeat uulnerari naturale eſt ut
fugiat perſequentẽ: ergo quia aliquę leges pa/
terne ſunt praue innouande ſunt· ¶Tertia
via ſumitur ex ſimplicitate condentium leges
nam ſi aliquando condentes leges contingit
eſſe ſimplices· irrationale eſſet: ſi poſteriores
ſapientiores non poſſent ĩmutare leges pater
nas ꝑ ſimpliciores conditas: ergo in tali caſu
mutande eſſent prioruꝫ leges· ¶Quarta via
ſumitur ex indeterminatione particularium

actuũ: Nam agibilia particularia indetermi/
nata ſunt: et perfecte cõprehendi nõ poſſunt·
quare quantũcunqꝫ conditores legum fuerit
ſapientes potuerunt eos latere aliqne parti/
culares circumſtantie circa agibilia hominuꝫ
Si igitur poſterioribus propter experientiam
agibilium particularium occurrit aliquid me
lius· inconueniens eſt: nõ remouere leges pa
ternas et antiquas propter meliores leges no
uiter inuentas· Uidentur itaqꝫ hec rationes
probare ꝙ quotienſcunqꝫ occurrit aliquid me
lius: ſunt leges paterne ĩmutande· Sed hoc
ſimpliciter afferre eſt valde periculoſum ciui/
tati et regno· Nam aſſueſcere inducere nouaſ
leges ut innuit philoſophus ſecundo poli· eſt
aſſueſcere nõ obedire legibus· Nam leges ma
gnam efficaciam habent ex conſuetudine: de
difficili enĩ quis facit contra aliquid qꝺ eſt ꝑ
diuturna tempora obſeruatum· Aſſueſcere au
tem nõ obedire legibus: eſt aſſueſcere nõ obe
dire regibus et principibus· et per conſequẽs
eſt tollere principatum et regnum· Quantuꝫ
autem malum ſequitẽ non obedire regibus et
legibuſ· oſtẽdit philoſophus primo rettho· qui
ait· magis nocere conſueſcere non obedire pri
cipibus ꝙ̃ non obedire medicis· Nam medici
intendunt bonum corporis: volunt enim cor
pora inducere ad ſanitatem· Sed veri legiſla/
tores ⁊ veri reges principaliter intendunt bo
num anime· quia intendunt ciues ĩducere ad
virtutem· ¶Ut ergo appareat quid tenendũ
ſit de queſito· Sciendum ꝙ lex poſitiua ſi re/
cta ſit: oportet ꝙ innitatur legi naturali: et ꝙ
determinet geſta particularia hominum· Du
pliciter ergo poteſt hmõi lex habere defectum
Primum ſi ſit contraria legi naturali·
Secundo ſi non ſufficienter determinaret ꝑ/
ticularia geſta· Si primo modo deficiãt leges
paterne et poſitiue: nõ ſunt leges ſed corrupti
ones legum· propter hoc obſeruari nõ debent
Nam leges poſitiue licet ſint addite naturali
bus legibuſ: non tñ ſunt cõtrarie illis· nec vel
lemuſ appellare contrariũ iuri naturali quod
non eſt a natura inductum: ſed ei eſt additũ
et appoſitum: et per artem omniũ adinuentũ·
ſecundum quẽ modum loquendi homo eſt nu
dus naturaliter: et veſtimentũ eſt cõtra natu/
ram· Nam eſſe veſtitum videẽ cõtrariari ei ꝙ
eſt eſſe nudum· Scd̃m hunc modum loquendi
loquũtur iuriſte· ut pꝫ ex inſtituta de iure na
turali· vbi dicitur ꝙ leges humane contrarie
ſunt iuri naturali· qꝛ iure naturali ab inicio
homines liberi naſcebantur· Seruitus ergo ẽ
contra naturã: inquantũ natura non induxit
ſeruitutem: ſed eſt ad vtilitatẽ hoĩm per leges
poſita· Sed ſic appellare aliquid cõtra naturã
eſſe eſt ruditer loqui· Naꝫ illud proprie eſt cõ
tra naturã cuius ꝯtrarium dictat ratio natu/
ralis· et qꝛ propter vtilitatẽ et propter cõe bo/
nuꝫ hoĩm eſt ſeruitus introducta· ut ſupra in
libro ſecundo oſtendimus aliquos ſeruire ali/
is et obedire: licet ſit iuri naturali additum ⁊
appoſitum· ſicut veſtimentũ eſt additũ et ad
ductum corpori nudo quod eſt natura produ
ctum: non tñ eſt contra ius naturale· qꝛ huic
naturalis ratio non cõtradicit· Legeſ ergo ꝺ
ficientes: qꝛ ſunt praue et contra ius natura/
le· cuiuſmõi erat lex illa: ꝙ ciues poſſent ſuas
uxores vendere: uł quecũqꝫ alie leges ſunt pra
ue et iniuſte· nõ ſunt obſeruande ſed extirpã
de· Si vero leges ſint defectiue· qꝛ non cõple
te determinãt ꝑticularia agibilia: dato ꝙ oc/
currant leges meliores et magis ſufficientes·
nõ eſt aſſueſcendũ innouare leges· Primo qꝛ
aliqñ cõtingit circa talia decipi: qꝛ creduntur
meliores que ſunt peiores: et creduntẽ magis
ſufficientes que ſunt minus· dato tñ ꝙ in ali/
quo ſufficientiores eſſent leges noniter adin/
uente· Sunt tñ leges antique ⁊ paterne obſer
uande· qꝛ quanto ex vna parte quis perficit:
dando ſufficientiorem legem· tãto ex alia par
te nocet: tollendo conſuetudinem et diuturni
tatem temporis: per quam lex habet efficaciã
magnam· Non eſt ergo ſimile de artibus ⁊ de
legibus: quia artes et ſcientie totam efficaci/
am habent ex ratione: ſed leges non ſic· Imo
magnam efficaciam habent ex diuturnitate ⁊
aſſuefactione· Decet ergo reges et principes
obſeruare bonas conſuetudines principatus
et regni: et non innouare patrias leges· niſi
fuerint recte rationi contrarie·

## Quid eſt ciuitaſ·et quid eſt regnū et qualem oportet eiſe ipſum exiſtē tem in regno et ciuitate·

Caplm·xxxij·

Jrca regimen regni et ciuitatis ut ſu
perius dicebatur erant quatuor per/
tractāda·videlꝫ qualis debet eſſe rex
ſiue princeps·quales conſiliarij· quales iudi/
ces et qualis populus·Expeditis ergo tribus
Reſtat dicere de quarto·ſcilicet de populo·
Sed cum ad ſciendum qualis debet eſſe popu
lus et quomodo debeat ſe habere ad principā
tem:non modicum ammmiculetur ſcire quid
ſit ciuitas:et quid regnū·Jntendimus in hoc
capitulo declarare et diffinire quid ſit ciuitas
aut quid regnum·❡Sciendum igitur ꝙ ciui
tas ſit aliquo modo quid naturale:eo ꝙ natu
ralem habemus impetum ad ciuitatem conſti
tuendam· non tamen efficitur: nec perficitur
ciuitas niſi ex opere et induſtria hominuꝫ·
Que autem ex arte humana efficiuntur:diffi
niuntur et cognoſcuntur potiſſime ex fine et
bono:ad quod ordināt̄ur·ut potiſſime ſcimus
quid ſit domus:et qualis debeat eſſe domus:
ſi ſciuerimus ipſam eſſe factaꝫ propter hoc bo
num ut nos defendat a pluuijs et caumatibꝰ
quare ſi ſcire volumꝰ quid eſt ciuitas·enume/
randa ſunt bona illa ad que deſeruit conſtitu/
tio ciuitatis· et aduertendum eſt qđ bonoruꝫ
illorum ſit potius·❡Narrat quidem philoſo
phus tertio poli·volens diffinire quid ſit ciui
tas:ſex bona ad que ciuitas ordinatur·
❡Eſt enim ciuitas cōſtituta Primo propter
cōmunicationem loci ut homines ſimul coha
bitent·Conſurgit enim ex hoc quedam iocun
ditas et delectatio·Nam nullius ſine ſocio io
cunda eſt poſſeſſio·Si quis enim magna mul
titudine argenti et auri polleret: et omnibus
victualibus habundaret: et tamen non viue/
ret in ſocietate: ut alij ſuam magnificentiam
perciperent:et ut eis ſua bona cōmunicare po
ſſet:non multuꝫ reputaret illa·Facta eſt ergo
ciuitas:ut homines ſimul in vno loco viuen/
tes iocunde et delectabiliter conuerſentur·
❡Secundo ciuitas eſt conſtituta non ſolum
propter iocunde et delectabiliter conuerſari·
ſed propter ipſum viuere·Nam homines i ea/
dem ciuitate exiſtentes deſeruiunt ſibi ad vi/
tam:et vnus alteri ſubuenit in hijs que ſunt
neceſſaria vite·ꝙ ſic eſſe non poſſet ſi homı̄es
ſolitarij morarentur·❡Tertio facta fuit ciui
tas compugnationis gratia:⁊ propter non in
iuſtum pati·Nam quia homo vnus ſolitariaꝫ
vitam ducens:non eſt ſufficiens reſiſtere im/
pugnantibus et vitare iniurias et iniuſticias
ſibi factaſ:conſtituta fuit ciuitas ut homo qui
ſolitarius ē ſe nō poteſt tueri ab hoſtibuſ:ex/
iſtens pars multitudinis:tute et abſqꝫ formi/
dine viueret·❡Quarto fuit ciuitas ordinata
propter commutationes et contractus· Dice
batur enim ſupra cum de legibus tractabamꝰ
ꝙ facere commutationes et contractus erant
ſecundum ius gentium:et erat proprium hu/
mano generi· quia enim nullus homo: habet
omnia ſufficientia ad vitaꝫ:niſi commutet ea
quibus habundet in illa a quibus deficit·
Jdeo neceſſarie fuerunt emptiones venditio/
nes commutationeſ·conſtituta fuit ciuitas ut
homines ſimul conuiuerent·
❡Quintum bonum ad quod ciuitas ordina
tur eſt communicatio connubiorum·Nam ho
mines ſimul conuiuentes ad inuicem amicici
am contrahunt:et ut firmius ſe diligant· vel
propter aliquod aliud bonum quod vident in
de conſurgere iungunt connubia et fiunt ad
inuicem affines· ❡Sextum bonum propter
quod eſt ciuitas conſtituta:eſt viuere elegibi/
liter et virtuoſe· Nam magis poſſunt puniri
delinquentes et malefici:ſi homines ſimul cō
viuant in ciuitate:qꝫ ſi morarentur diſparſim
et vitam ſolitariam ducerent· Jnde eſt igitur
ꝙ timore pene multi deſinunt malefacere ⁊ aſ
ſueſcunt ad operationes bonas ꝙ faciendo di
ſponuntur et fiunt boni et virtuoſi· Quoni/
am igitur virtutes et opera virtuoſa ſunt ma/
xima bonorum: licet propter omnia predicta
bona ſit aliquo modo ciuitas conſtituta· Po/
tiſſime tamen conſtituta eſt propter viuere e/
legibiliter et ꝟtuoſe·quaſi ſi maiori fine et ma
iori bono quod intenditur in reaccipienda e/
ius notitia·Bene dictum eſt quod dicitur·iij·
politicoruꝫ·ꝙ vnitas loci communicatio con
nubiorum compugnationis gratia:commuta
tio rerum:et cetera talia ſunt ea ſine quibus:
non habet eſſe ciuitas· Principaliter tamen:
eſt ciuitas conſtituta:propter bene et virtuo/
ſe et feliciter viuere· Si igitur queratur quid
eſt ciuitas:Dici debet ꝙ eſt communicatio ci/
uium propter bene et virtuoſe viuere:et pro/
pter perfectam et per ſe ſufficientem vitam·
❡Viſo quid eſt ciuitas·de leui videri poteſt:
quid eſt regnum· Nam regnum ſupra ciuita/
tem videtur addere:multitudinem nobilium
et ingenuorum·Eſt enim ciuitas pars regni:
et in regno eſt maior multitudo: et ſunt plu/
res nobiles et ingenui quam in ciuitate vna·
❡Poteſt ergo ſic diffiniri regnum·ꝙ eſt mul
titudo magna: in qua ſunt multi nobiles et
ingenui: viuentes ſecundum virtutem ordi/
nati ſub vno viro optimo:ut ſub Rege· Viue
re enim ſecundum virtutem eſt finis principa
liter intentus in quolibet ciue: in qualibet ci/
uitate:et in toto regno·Nam ſecundum Phi/
loſophum in politicis· Jdem finis eſt vnius
ciuis et totius ciuitatis·Sic etiam dicere poſ/
ſumus:ꝙ idem eſt vnius ciuitatis:⁊ totius re
gni· ❡Debet enim rex ſi ſit verus et virtuoſus
idem intendere:in vno ciue:et in tota ciuitate:
et in regno toto· Nam cura peruigili ſtudere:
debet:ut quilibet ciuis virtuoſe habeat:ut to/
ta ciuitas virtuoſa exiſtat·et ut totum regnuꝫ
bene ⁊ virtuoſe viuat·Sed ſi quilibet ciuis de
bet virtuoſe ſe habere·quia ſecundum Philo/
ſophum in politicis·ſecundum ꝙ aliquiſ exce
dit alios in potentia et dignitate: ſic debet e/
os excedere in bonitate et virtute·decet nobi/
les et ingenuos eſſe magis bonos et virtuo/
ſos quā ciues alios:propter quod regem ipm
tanquam omnibus excellentiorem decet eſſe
optimum et quaſi ſemi deum:Jnde eſt igitur
ꝙ regnum dicitur eſſe multitudo:in qua ſunt
multi nobiles et ingenui: non quocunqꝫ mo/
do ſe habentes:ſed viuentes ſecundum virtu
tem:et ordinati ſub vno viro optimo ut ſub re
ge·❡Oſtenſo quid eſt ciuitas:et quid regnū:
de leui patere poteſt:qualis debeat eſſe popu/
lus exiſtens in ciuitate et regno·Nam ſi ciui/
tas et regnum:principaliter ordinatur ad vi/
tam bonam et virtuoſam· habitatores regni:
et populum exiſtentem in ciuitate et Regno:
oportet eſſe talem ꝙ viuat bene ⁊ virtuoſe·
Jnde eſt ergo quod ait philoſophus tertio po
liticorum·ꝙ magis eſt ciuis habundās in bo/
nis operibus virtuoſis:quā ſi habundaret in
diuicijs:uel in nobilitate generis:uel alijs ex
terioribus bonis·Credunt ergo multi eſſe ci/
ues:et eſſe de regno ſi in regno habeāt domoſ
multas:poſſeſſiones magnas·ſed magis ſunt
de regno habundantes in operibus virtuoſis
et obſeruātes leges rectas et ſtatuta regni:qꝫ
habentes nobilitatem generis: ciuilem poten
tiam et multitudinem ipſorum bonorum ex/
teriorum·

## Q⁹ tunc eſt optima ciuitas et optimum regnum et optimus populuſ quando eſt in multis perſonis me dijs conſtitutus·

Caplm·xxxiij·

Uarto politicorum ait philoſophus
ꝙ tres oportet eſſe partes ciuitatis·
Nam hij quidem ſunt opulenti val/
de· hij autem egeni·hij vero tertij· ſunt horū
medij· Hoc ergo modo quo diuiſa eſt ciuitas:
in tres diuidi poteſt quilibet populuſ·⁊ quod
libet regnum·Jntencio autem huius capituli
eſt oſtendere optimam eſſe ciuitatem et Re/
gnū:ſi ibi ſit populus ex multis perſonis me/
dijs conſtitutus·
❡Tangit autem Philoſophus quarto poli/
ticoruꝫ:quatuor:ex quibus ſumi poſſunt qua
tuor vie:oſtendentes meliorem eſſe politiam
uel melius eſſe regnum et ciuitatem:ſi ibi ſit
populus habundans in multitudine media/
rum perſonarum·
❡Prima via ſumitur ex eo ꝙ talis populus:
magis rationabiliter viuit· ❡Secunda ex eo
ꝙ inter ipſos habet eſſe maior dilectio·
❡Tertia:quia ibi maior equalitas·❡Quar
ta·quia eſt ibi minor inuidia et minor ꝯtēptus·

¶ Prima via ſic patet. Nam ſi in populo ſint multi valde diuites: et multi valde pauperes: et pauce perſone medie: vix aut nunquam rationabiliter viuet. Nam multum diuites: ad multum pauperes neſciūt rationabiliter ſe habere. ſed modica occaſione ſumpta eis manifeſte nocent. Sic etiam multum pauperes ad nimium diuites neſciunt ſe rationabiliter gerere. inſidiantur enim eis quomodo poſſint aſtute et latenter eorum depredari bona. Sed ſi in populo ſint multe perſone medie: ceſſabūt huiuſmodi nocumenta: et de facili rationi obediunt. Hoc eſt quod dicitur poli. quarto. ꝙ quoniam mediocre eſt optimum: optima eſt poſſeſſio media. quia facilius rationi obedit.
Nam ſi vna pars ciuitatis ſit ſuperingentes ſuperpotentes et ſuperdiuites. Alia vero huic contraria ſit ſuperegena ſuperdebilis et valde vilis. difficile eſt rationem ſequi. Nam hij quidem videlicet ſuperpotentes fient iniurioſi. Hij autem ſuperpauperes fient nequam. valde aſtute et latenter inſidiantur diuitibus.

¶ Secunda via ſumitur ex mutuo amore. qui debet eſſe inter exiſtentes in eodem regno: uel inter commorantes in eadem ciuitate. Nam ut dicitur quarto ethicorum. iſti videlicet pauperes minime amant principes. ideſt potentes et diuites. hec autem ut ibi ſubditur ſunt valde nociua ciuitati. Ut ergo ſit mutuus amor inter ciues: bonum eſt propter hoc habundare in perſonis mediis.

¶ Tertia via ſumitur ex equalitate et iuſtitia que eſt ſeruanda in ciuitate. Nam ut ait philoſophus: excedentes in eufortuniis potentiis diuiciis et amicis. et in aliis huiuſmodi bonis neſciunt ſubiici. Qui autem ſecundum exceſſum ſunt indigentes et pauperes: neſciunt principari. quare ſi populus ſit ſolum ex duabus partibus conſtitutus: ex nimis diuitibus et nimis pauperibus. et pauce aut nulle ſint ibi perſone medie: de difficili ſeruabitur ibi equalitas et iuſtitia. ſed diuites penitus volentes principari et ſuppeditare alios. Alij vero contra nitentes diſſenſionem faciunt. et ſi cōtingat pauperes optinere: quia principari nō nouerunt: male tractabunt diuites et potentes.

¶ Quarta via ſumitur: ut uitetur inuidia et contemptus. Nam pauperes ut dicitur quarto politicorum. maxime inuident diuitibus et maxime diuites contempnunt eos. nulla ſocietas eſt bene durabilis ubi eſt multa inuidia et contemptus. quare optimus eſt populus ex multis perſonis mediis conſtitutus. quia tunc de facili rationabiliter viuunt ad inuicem ſe diligent: reſeruabitur inter ipſos equalitas et iuſtitia. non erit inter illos contemptus et inuidia. non enim habebit unus unde alium contempnat: nec unde ei inuideat: uidens ſe et quaſi equalem exiſtere et non eſſe magnum exceſſum inter ipſos: huic auctoritati atteſtatur: ꝙ Soloni ideſt karundas et Ligurgus tradiderunt ſe politiciis. Oportebant enim eas conſtituendas eſſe ex perſonis mediis. Decet ergo Reges et principes adhibere cautelas: ut in Regno ſuo habundent multe perſone medie: ut ne aliis ad nimiam paupertatem deuenientibus efficiantur reliqui nimis diuites: quod fieri poterit ſi non pro quacunque cauſa liceat ciuibus paternas poſſeſſiones vendere: non quibuſlibet indifferenter liceat quaſcunque poſſeſſiones emere. adhibenda eſt debita diligentia circa emptionem et venditionem agrorum et terrarum. poterit aliqualis equalitas reſeruari inter ciues.

## Quod expedit populo cum magna reuerentia obedire Regibus: et cum ſumma diligentia leges regias obſeruare. Capitulum xxxiii.

Onſequitur autem populus quantum ad preſens ſpectat tria ſi cum magna diligentia obediat regibus et principibus et obſeruet leges Regias. Ex quibus triplici via uenari poſſumus: quantum ſit utile et expediens populo obedire regibus et principibus et obſeruare leges. ¶ Primo enim ex hoc conſequitur populus uirtutes et maxima bona. ¶ Secundo ex hoc conſurgit ſalus regni et ciuitatis. ¶ Tertio ex hoc oritur pax et tranquillitas ciuium: et habundantia exteriorum rerū. ¶ Prima via ſic patet. Nam ut dicebatur in precedentibus: intentio legiſlatoris eſt inducere ciues ad uirtutes. In recta enim politia ut vult philoſophus circa principium quarti poli. Eadem eſt virtus boni ciuis et boni viri et per idem ſiue per eoſdē mores eſt aliquis bonus ciuis et bonus homo. Eſt quidem aliquis bonus ciuis ſi bene obediat principanti: et ei cuius eſt leges ferre. quare ſi principans recte regat populum ſibi commiſſum: Et quia intentio eius eſt inducere alios ad virtutem: cum virtus faciat habentē bonum: et opus bonum oportet in recto regimine: ꝙ bonus ciuis ſit bonus homo: et qui bene ſubiicitur regi ſit bonus vir. Si enim Rex non intēderet ꝙ ſibi ſubiecti eſſent boni et virtuoſi: iam non eſſet rex ſed tyrannus. Si ergo quilibet ciuis debet intendere ut ſit bonus et virtuoſus: eo ꝙ virtutes ſunt maxima bona: cum ſumma diligentia ſtudere debet ut Regi obediatur: et ne preuaricentur leges et precepta eius. omnibus enim tam nobilibus quam ignobilibus neceſſaria eſt obedientia regia et obſeruantia legum. Immo tanto magis eſt hoc expediens nobilibus quā ignobilibus quanto decentius eſt eos eſſe bonos et virtuoſos.

¶ Secunda via ad inueſtigandum hoc idem ſumitur ex eo ꝙ ex obedientia regia et ex obſeruatione legum oritur ſalus regni et ciuitatis. Credunt enim aliqui ꝙ obſeruare leges et obedire regi ſit quedam ſeruitus. Sed ſecundum philoſophum quinto politicorum hoc non eſt ſeruitus ſed libertas. Ignorant enim quid eſt libertas: dicentes obſeruare leges et obedire regibus eſſe ſeruitutem. Cum enim beſtie ſint nature ſeruilis: quanto quis magis accedit ad naturam beſtialem: tanto eſt magis naturaliter ſeruus. eſſe quidem ſceleratum et affectatorem belli et turbatorem pacis: velle viuere ſine freno et ſine lege: ſecundum ſententiam philoſophi et ſecundum dictum Homeri. Eſt eſſe magis beſtiam quā hominem. quare non obſeruantes leges nolentes obedire regibus et ſuperioribus ſunt magis beſtie quā homines: et per conſequens ſunt magis ſerui quā liberi. Saluatur itaque ſalus regni et ciuitatis: habitatores regni efficiuntur liberi: ſi obediant regibus et obſeruent leges. Quanta autem ſalus ſurgat in regno ex obedientia regis: ſufficienter oſtenditur ſi conſiderentur verba philoſophi quarto poli. qui comparat Regem ad regnum ſicut animam ad corpus. Nam ſicut anima corpus regit et conſeruat: ſic rex regit et conſeruat regnum. et ſicut anima eſt ſalus et vita corporis. ſic Rex ſi recte principetur: eſt ſalus et vita regni. Quare ſicut peſſimum eſt corpori delinquere animam et nō regi per eā. Sic peſſimum eſt regno deſerere leges regias et precepta legalia et non regi per regem.

¶ Tertia via ad oſtendendum hoc idem: ſumitur ex eo ꝙ ex obedientia regia: et ex obſeruatione legum oritur pax et tranquillitas ciuium et habundantia exteriorum rerum. Nam ut ſupra dicebatur. leges etiam et legiſlatores: ut reges et principes: coactiuam habent potentiam: ut qui amore honeſti per increpatiōes paternas et amicorum non retrahitur ab operibus ſceleratis: ſaltem timore pene retrahatur ab illis. Expediens enim fuit regno et ciuitati habere aliquem regem uel aliquem principantem: ne malefici turbarent pacem ciuium. Intendere enim debet quilibet legiſlator: ut corda ciuium ſint tranquilla: et ut ciues viuant pacifice et vnanimes. Unde et philoſophus primo rethori. videtur velle ꝙ ſic ſe habeant legiſlatores ad animas: ſicut medicina ad corpora. Nam ſicut medicus intendit ſedare humores ne inſurgat morbus et bellum in corpore. Sic legiſlator intendit placare corda ſedare animas: ne inſurgat rixa et diſſenſio in regno aut in ciuitate. Inde eſt ergo quod dicitur primo rethori. ꝙ non tantum nocet peccare contra precepta medici quantum conſueſcere non obedire principi. Eſt enim anima maius bonum quā corpus. et pax ciuium et eorū qui non ſunt in regno potior eſt quam equalitas humorum uel quam ſanitas corporum. Summo ergo opere ſtudere debet populus et omnēs habitatores regni circa obedientiam regiam: et obſeruationem legum: cum ex hoc conſurgat tantum bonum: quantum bona eſt pax et trā-

quillitas exiſtentium in regno· Conſurgit eti
am ex hoc habundantia exterioꝛ rerum· Nã
exiſtente guerra in regno terre manent incul
te: ſiunt depredationes: oꝛiuntur ſterilitates:
deducuntur habitatoꝛes regni ad inopiam·
Si eꝛgo conſideretur quantum bonum adue
nit ex rege non ſolum regibus recte regenti/
bus: ſed etiã dato ꝙ in aliquo tyrannizarent
ſtuderet populus obedire illis· Nam magis ẽ
tolerabilis aliqualis tyrannides principãtis:
quã ſit malum· quod conſurgit ex inobedien/
tia principis: et ex preuaricatione mandatoꝛ
eius·

Qualiter ſe debent habere ciues et
vniuerſaliter habitatoꝛeſ regni: ne
Reges prouocentur ad iracundiã
cõtra ipſos· Cap· xxxv·

Oſtquã docuimus populum et om/
nes habitatoꝛes regni: ut obediant
regibus et obſeruent eoꝛum leges· vo
lumus in hoc capitlo declarare qualiter ſe ha
bere debeant exiſtenteſ in regno: ne reges pꝛo
uocentur ad iracundiam contra ipſos· ¶ Ira
autem ſm phm̃ in principio ſecundi rethoꝛ·
Eſt triſtitia proueniens ex appetitu apparen
tis punitionis: propter apparentem paruipen
ſionẽ eoꝛum que in ipſum: aut in aliqua ipſius
aut in aliqua que oꝛdinant̃ ad ipſũ· Nunquã
enim ira ſine triſtitia eſt· Appetit autem iratꝰ
apparenter· i· manifeſte punire eos qui parui
pendunt ipſum: uel aliqua que ſunt ipſiuſ: uel
ea que aliquo modo oꝛdinantur ad ipſum· Cũ
ergo quis aliquo dictoꝛ modoꝛ manifeſte foꝛ
re facit in alium: ille triſtatus ex appetitu pu/
nitionis dicitur iraſci· Ciues itaqꝫ ut non pꝛo
uocent reges ad iram non debent foꝛe facere·
nec in regem nec in ea que ſunt ipſius· nec in
illa que aliquo modo oꝛdinantur ad ipſum·
Primo quidem expedit eis qui ſunt in regno
ut nõ incurrant regiam iram nõ foꝛe facere in
ipſum regem· ¶ Regi aũt duo debent̃: honoꝛ
et obedientia· Eſt enim rex caput regni· caput
aũt ad alia membra dupliciter compatur· Pri/
mo quidẽ qꝛ eſt altius ⁊ excellentius illis· Se/
cundo vero qꝛ ea dirigit in actiones ſuas· In
capite enĩ viget ſenſus ⁊ ymaginatio per quã
dirigimur in opationes noſtras· Sic rex excel
lentioꝛ eſt oĩbus illis qui ſunt in regno· Rur/
ſus quia eius eſt leges ferre· et qꝛ in rege max
ime vigere debet ſenſus et prudentia· ad ipm̃
ſpectat per ſe et per alios dirigere eoſ qui ſunt
in regno· Ratione ergo qꝛ rex eſt excellentior
alijs: ei debetur honoꝛ et reuerentia· Ratione
vero qꝛ ipſius eſt dirigere alios debetur ei ſub
iectio et obedientia· Quare dupliciter poteſt
foꝛefieri ad regem ab hijs qui ſunt in Regno·
Primo ſi nõ ei exhibeant honoꝛem debitũ et
reuerentiam dignam· Secũdo ſi nõ ſint ei ſub
iecti et obedienteſ: obſeruando eiꝰ leges ⁊ mã
data· Cum enĩ hec duo: honoꝛ videlicet ⁊ obe/
dientia ſubtrahuntur a rege merito pꝛouocat̃
ad iram· Ideo dicitur· ij· rethoric· ꝙ iraſcimur
hijs q̃ tenẽtur uel cõſueuerũt nos honoꝛare·
ſi nõ ſic ſe habeat· Et eſt ratio: quia ſic ſe ha/
bentes videntur nos deſpiceꝛ· Nam ſi nos nõ
deſpicerent impenderent nobis honoꝛem dig/
num· Sic etiam ibidẽ dicitur ꝙ et ad minoꝛes
iraſcimur: ſi nõ ſic ſe habeant ut debent· uel ſi
faciant contraria eoꝛ que debent· qd̃ maxime
contingit: ſi tranſgrediuntur mandata ſupio
rum ⁊ non obediũt regi: quaſi preexcellenti·
¶ Viſo qũo habitatoꝛes regni nõ debent pro
uocare regem ad iram: foꝛefaciendo in ipſum:
nõ exhibere ei debitũ honoꝛẽ ⁊ obedientiã cõ
dignam· Reſtat videre: qũo non debẽt ipſum
pꝛouocare foꝛefaciendo in eos qui ſunt eius ⁊
qui pertinẽt ad ipſum· Ad regem aũt pertine/
re videntur quatuoꝛ genera perſonaꝛ· videlꝫ:
parentes ⁊ vniuerſaliter omẽs cognati vxoꝛ fi
lij et ſubditi· Spectat itaqꝫ ad habitatoꝛes Re
gni ſi nolunt regem ad iram prouocare nõ ſo/
lum nõ foꝛefacere in ipſum regem: ſed etiam
nõ foꝛefacere in cognatos: vxorẽ filios: ⁊ vni
uerſaliter in omnes ſubiectos regi· ⁊ quia om/
nes qui ſunt in regno ipſi regi ſunt ſubditi fo
refacit in regem quotienſcunqꝫ alicui exiſten/
ti in regno efficitur iniuria aliqua· Hoc eſt er/
go quod dicitur ſecundo reth· capitulo de ira:
ꝙ iraſcimur forefacientibus in parẽtes: filios
vxores: et ſubiectos: eo ꝙ turpe ſit ipſis non
auxiliari· ¶ Tertio ſpectat ad habitatores re
gni non forefacere in ea que aliquo modo or/
dinantur ad regem· Hmõi autem ſunt poſſeſ/
ſiones proprie ⁊ debita iura regni· qꝛ in hoc
videntur ipſum contẽpnere et paruipendere
ſi iniuſte et abſqꝫ iuſſione regia manum appo
nant in ea: que ad regẽ ſpectãt· Decet ergo oẽſ
ciues et vniuerſaliter omnes habitatoꝛes Re
gni ab ipſa infantia prouocare filios ad dile/
ctionem regis· Inſtruere eos quomodo debe/
ant honoꝛare regem obedire ei: non foꝛefacere
in cognatos eius: nec in filios: nec in aliquas
perſonas ei ſubiectas· nec ĩ aliqua iura regni
Peſſimum eſt enim ut dicitur quinto poli· nõ
inſtruere pueros ad virtutem et ad obſeruan/
tiam legum vtilium: et ad obſeruandũ ea que
requirit pollicia uel regimẽ regni in quo ſem/
per enim amamꝰ prima magis: et illud ad qd̃
primo inſtruuntur iuuenes ſunt magis pro/
ni ad obſeruandum·

Quomodo reges ⁊ principes debe
ant ſe habeꝛ ut amentur a populo·
et qũo ut timeant̃: et ꝙ licet vtrun
qꝫ ſit neceſſariuꝫ: amari tñ plus de
bent appetere q̃ꝫ timeri·
Caplm· xxxvj·

Uoniam in primo libro promiſimuſ
nos dicturos· qũo reges et principeſ
debeant ſe habere ut amentur in po/
pulo: et quomodo ut timeantur· volumus hic
exequi qualiter fieri hoc contingat· ¶ Scien/
dum itaqꝫ ꝙ ut reges et principes cõmuniter
amentur in populo: tria potiſſime in ſe habe/
re debent· Primo quidem eſſe debent benefici
et liberales· Secundo fortes et magnanimi·
Tertio equales et iuſti· ¶ Primum autem ſic
ptꝫ· Nam vulguſ nõ percipit niſi ſenſibilia bo
na· ideo beneficos et liberales in nũmiſmata:
et in ea que poſſunt nũmiſmate menſurari: a/
mat et reueretur· Ideo dicitur rethori· ſecũdo
caplõ de amore· ꝙ populus amat et honorat
beneficos in pecunia ⁊ liberales· ¶ Secundo
ut reges amentur in populo: debent eſſe for/
tes ⁊ magnanimi: ponentes ſi oporteat ſeip/
ſos pro bono cõmuni et defenſione regni· Nã
populus valde diligit fortes et magnanimos
exponentes ſe pro bonis cõmunibus· credit e
nim per tales ſalutem conſequi· Ideo dicit̃ ſe
cundo rethori· ꝙ qꝛ diligimus beneficos in ſa
lutem· i· eos qui poſſunt nobis benefacere noſ
ſaluando et liberando· Ideo diligimus foꝛtes
et coꝛdatos· ¶ Tertio ut reges diligantur a
populo: decet eos eſſe iuſtos et equales· Nam
maxime prouocatur populus ad odium regis
ſi viderit ipſum nõ obſeruare iuſtitiam· Ideo
dicitur ſecundo rethoꝛi· ꝙ iuſtos maxime dili
gimus· ¶ Viſo qũo reges et principes debeãt
ſe habere ut amentur a populo· Videre reſtat
qũo ſe habere debent ut timeantur ab eis· Po
tiſſime autem timentur potentes ut patet in
ſecundo rethoricoꝛum· propter punitiones q̃s
exercent in ſubditos. In punitione autẽ tria
ſunt conſideranda· videlicet punitionẽ ipſam
perſonam punitam· et modum puniendi·
¶ Quantum ergo ad punitionem: timentur
reges et principes: ſi in eos qui vltra modum
regnum ⁊ polliciam perturbant: inexquiſitas
crudelitates exerceant· Ideo dicitur ſecundo
retho· ꝙ homines timent eos de quibus ſunt
conſcij feciſſe aliquid dirum·
¶ Secundo timentur reges ⁊ potentes nõ ſo/
lum ratione punitionis dire: ſed etiam ratio/
ne perſonarum punitarum· Nam iuſtus pro
iuſtitia nulli parcere debet· Ideo dicitur ſepti
mo politicoꝛ ꝙ bene operans nulli parcit· qꝛ
nec pro patre nec pro filio nec pro amico nec
pro aliquo alio dimittendum eſt operari iuſte
⁊ bene. tunc itaqꝫ ratione perſonarum punita
rum timentur reges et principes: quando nec
amicis nec alijs parcunt· ſi viderint eos fore
facere· Timet igitur tunc quilibet ex populo:
forefacere: cogitans ſe non poſſe punitionem
effugere· Imo ut vult philoſophꝰ ſeptimo po/
liticoꝛ· Decet reges et potentes ut magis ti/
meantur: et ut virilius obſeruent iuſtitiã ma/
gis punire ⁊ ſeuerius ſe gerere contra amicos
ſi contingat eos valde forefacere q̃ꝫ contra ali
os· ¶ Tertio timent̃ reges et principes ratio
ne modi puniendi: quod fieri contingit: cum
ad eoꝛ iudices et prepoſitos latenter et cau/

te ſe gerunt in punitionibus exequendis: ⁊ in
iuſtitia facienda: ꝙ mali effugere nõ poſſunt·
quin puniantur·· Ideo dicitur ſecundo retho
ricoꝝ· ꝙ latitiui magis timentur q̄ manifeſti
¶ Viſo quomodo reges et principes ſe habeř
debeant ut amentur: et quomodo ut timeant
de leui patere poteſt ꝙ licet vtrunq; ſit neceſ/
ſarium· amari tñ magis appetere q̄ timeri·
Dicebatur enim ſupra ꝙ principalis intentio
regis et cuiuſcunq; principantis eſſe debet in
ducere alios ad virtutem· Omne ergo bonum
per quod ciues ſunt magis boni et virtuoſi de
bet eſſe magis intentum a legiſlatore· Cuz er/
go ciues et exiſtentes in regno ſi bene agant:
et obſeruent leges et mandata regis ex amore
honeſti et ex dilectione quaz habent ad bonũ
cõmune et ad regem: ſint magis boni et virtu
oſi: q̄ ſi hoc facerent timore pene et ne punirẽ
tur· magis debent appetere reges et principeſ
amari a populis· et ꝙ amore boni populi bene
agant q̄ timeri ab eis· et ꝙ timore pene caue/
re ſibi ab actibus malis· vtrunq; eniz eſt neceſ
ſarium timeri et amari· Nam non omnes ſunt
adeo boni et perfecti: ꝙ ſolo amore honeſti et
boni cõmunis et ex dilectione legiſlatoris: cu
ius eſt intendere cõmune bonũ: quieſcant ma
le agere· oportuit ergo aliquoſ inducere ad bo
num et retrahere a malo timore pene· Elegibi
lius tñ eſt amari q̄ timeri: ut eſt per habita
manifeſtum·

Incipit tertia pars tertij libri: de geminine
principum· In qua tractatur quomodo regen
da ſit ciuitas aut regnum tempore belli:

Quid eſt milicia ⁊ ad que eſt inſti
tuta: et ꝙ omnis bellica operatio:
ſub milicia continetur·
Capl'm primum·

Exactis partibus duabus
huius tertij libri· quia oſtẽ
ſum eſt quid ſenſerunt anti
qui philoſophi de regimie
ciuitatis et regni· et deter/
minatum eſt: qualiter ſit ci
uitas atq; regnum tempoř
pacis· Reliquum eſt tractare de tempore belli/
co: ut ſciant reges et principes qualiter cõmit
tenda ſint bella· Nam ut plurimum belloꝝ in
duſtria· ut patet per Vegecium in de re mili/
tari· plus confert ad optinendam victoriã: q̄z
faciat multitudo uel fortitudo bellantiũ· opus
autem bellicum ut patebit in ſequendo· conti/
netur ſub militari· quare ſi de ope bellico tra/
ctare volumus· Videndum eſt quid ſit milicia
et ad quid ſit inſtituta· ¶ Sciendum igiť mi/
litarem eſſe quandam prudentiam ſiue quan/
dam ſpeciem prudentie· Poſſumuſ autẽ quan
tum ad preſens ſpectat diſtingueř: quinq; ſpe
cies prudentie· videlicet prudentiam ſingula/
rem· yconomicam: regnatiuam: politicam ſiue
ciuilem: et militarem· ¶ Dicitur enim aliquiſ
habere ſingularem uel particularem pruden/
tiam: quando ſeipſum ſcit regere et gubernař
et hec eſt minor prudentia: q̄z yconomica ⁊ re
gnatiua· Nam minus eſt ſcire regere ſeipſum:
quã ſcire regere familiam et ciuitatem aut re/
gnum· ¶ Secunda ſpecies prudentie dicitur
eſſe yconomica· Nam prudens ex hoc aliquis
dicitur ut patet ex ſeptimo ethicoꝝ: quia bene
conſiliari et bene dirigere ad bonũ finem· vbi
ergo reperitur alia et alia ratio boni: ibi repe/
ritur alia et alia ſpecies prudentie· quare cum
bonum domeſticum et bonum totius familie
ſit aliud bonum a bono alicuius ſingularis ꝑ
ſone· Sicut bonũ cõmune eſt aliud a bono ali/
quo ſingulari· Iconomicam ſiue prudentiam
per quã quis ſcit regere domum et familiam:
oportet eſſe aliam a prudẽtia: qua quis nouit
ſeipſum regere· ¶ Tertia ſpecies prudentie
dicitur eſſe regnatiua: uel legum poſitiua· Nã
ſicut perſona aliqua ſingularis eſt pars dom⁹
ita domus eſt pars ciuitatis et regni· et ſicut
bonum cõmune eſt aliud a bono alicuius ſin/
gularis perſone· ſic bonum ciuitatis et Regni

eſt aliud a bono domeſtico· Prudentia vero re
gnatiua et legum poſitiua· i· prudentia que re
quiritur in rege et principante: cuius ẽ leges
ferre et regere regnum ⁊ ciuitatem: eſt alia a
prudentia yconomica que requiritur in patre
familias: cuius eſt gubernare domũ· ymo quã
to bonum ciuitatis et regni excedit bonuz do
meſticum: et bonũ alicuius particularis perſo
ne· tanto prudẽtia que requiriť in rege opor
tet excedere prudentiã patriſfamilias· uel pru/
dentiam alicuius particularis hominis· Pro/
pter quod bene dictum eſt ꝙ ait Vegecius in
primo libro de re militari· ꝙ neq; quẽquã ma
gis decet uel meliora ſcire uel plura quã prin/
cipem: cuius doctrina omnibus ſubiectis pro
deſſe poteſt· Inde eſt igitur ꝙ in erudiẽdo re/
ges et principes: hunc totalem librum diuiſi/
mus in tres libros· quia in primo libro docui/
mus regem eſſe prudentem prout rex aut prĩ
ceps eſt quedam perſona in ſe et prout habet
ſeipſum regere· In ſecundo vero docuimus ip
ſum ut eſt paterfamilias: et ut habet diſpenſa
re bona domeſtica· In tertio vero erudiť Rex
aut princeps ut eſt caput regni aut principa/
tus· et ut habet ferre leges et gubernare ciues
Omẽs autem tres prudentias decet habeř re
gem· videlicet particularem: yconomicam ⁊ re
gnatiuam· ¶ Quarta ſpecies prudentie diciť
eſſe pollitica ſiue ciuilis· Nam ſicut in princi/
pante requiritur excellens prudentia qua ſci/
at alios regeř· Sic in quolibet ciue requiritur
prudentia aliqualis qua noſcat adimplere le/
ges et mandata principantis· Non eniz ſic ob
ſequitur ciuis principanti aut regi ſicut mar/
tellus fabro· quia in martello nulla eſt cogni/
tio: ſed ſolum agitatur a fabro· Sed in ciue re/
quiritur prudentia aliqua per quã habeat bo
nam opinionem de hiis que imperantur a Re
ge· ¶ Differt autem hec prudentia a pruden/
tia particulari: quam collocauimus in prima
ſpecie· Nam aliud eſt ꝙ ſciat ſe regere ut eſt a/
liquid in ſe· et aliud ut ſubiectus principanti·
Nam et ſi quis ſolitariam vitam duceret: ad/
huc oporteret ipſum habere aliqualem prudẽ/
tiam: qua ſciret ſe regere et gubernare: non ta
men eſſet in ipſo prudentia ciuilis nec ycono/

mica nec regnatiua· quia nõ eſſet ciuitas nec
pars ciuitatis·
¶ Quinta ſpecies prudentie dicitur eſſe mili
taris· Nam regimen regni et ciuitatis: ſi ſit re
ctum et ordinatum: aſſimulatur hiis que vide
mus in vno et eodem homine· Sicut ergo qui
libet homo habet duas virtutes anime· Unaz
per quam ſequitur bonum et fugit malum·
Et aliam per quam aggreditur: et reſiſtit pro
hibentibus: Sicut quelibet ciuitas ⁊ regnum
indiget duplici virtute et duplici prudẽtia· vi
delicet legum poſitiua et militari· ut per legũ
poſitiuam tota ciuitas et totum regnum pro
ſequatur proficua et fugiat nociua·
Per militarem vero et per operationem belli/
cam aggrediatur et ſuperet impedientia: et
prohibentia· Militaris ergo eſt quedam ſpe/
cies prudentie per quam ſuperantur hoſtes
et prohibentes bonum ciuile et commune·
¶ Ex hoc autem apparet ad quid ſit milicia
inſtituta· Nam ſicut leges ut ſupra oſtendeba
tur principaliter reſpiciunt commune bonum
Sic et milicia principaliter inſtituta eſt ad de
fenſionem communis boni: ut ciuitatis aut re
gni· Quare cum commune bonum directe vi
deatur impediri per impugnationem hoſti/
uz· ex conſequenti vero ex ſeditione ipſorum
ciuium: et ex oppreſſione debilium perſona/
ruz· Dicere poſſumus ꝙ ſicut ad fortem prin
cipaliter ſpectat bene ſe habere in opere belli/
co: Ex conſequenti vero ſpectat ad ipſum be/
ne ſe habere in [illegible] terribilibus· Sic etiam
ad milites principaliter ſpectat bene ſe habe/
re in opere bellico et per actiones bellicas op/
primere impedimenta hoſtium·
Ex conſequenti vero ſpectat ad ipſos ſecun/
dum iuſſionem regiam: ⁊ ſecundum manda/
ta principantis impedire omnes ſeditiones
ciuium: et omnes oppreſſiones eorum: quẽ
ſunt in regno: per quas turbari poteſt tranqͥ
litas ciuium et commune bonum·
¶ Hanc autem rationem prudentiam: videli/
cet militarem· maxime decet habere Regem:
Nam licet executio bellorum: et remouere im/
dimenta ipſius communis boni: ſpectet ad
ipſos milites: et etiaz ad eos quibus ipſe Rex

te ſe gerunt in punitionibus exequendis: ⁊ in
iuſtitia facienda: ꝙ mali effugere nõ poſſunt.
quin puniantur. Ideo dicitur ſecundo rethoricoꝝ. ꝙ latrinii magis timentur ꝙ̃ manifeſti
¶ Viſo quomodo reges et principes ſe haberẽ debeant ut amentur: et quomodo ut timeantꝰ
de levi patere poteſt ꝙ licet vtrunqꝫ ſit neceſſarium. amari tñ magis appetere ꝙ̃ timeri.
Dicebatur enim ſupra ꝙ principalis intentio regis et cuiuſcunqꝫ principantis eſſe debet inducere alios ad virtutem. Omne ergo bonum per quod ciues ſunt magis boni et virtuoſi debet eſſe magis intentum a legiſlatore. Cũ ergo ciues et exiſtentes in regno ſi bene agant: et obſeruent leges et mandata regis ex amore honeſti et ex dilectione quaꝫ habent ad bonũ cõmune et ad regem: ſint magis boni et virtuoſi: ꝙ̃ ſi hoc facerent timore pene et ne punirẽtur. magis debent appetere reges et principeſ amari a populis. et ꝙ amore boni populi bene agant ꝙ̃ timeri ab eis. et ꝙ timore pene cauere ſibi ab actibus malis. vtrunqꝫ eniꝫ eſt neceſſarium timeri et amari. Nam non omnes ſunt adeo boni et perfecti: ꝙ ſolo amore honeſti et boni cõmunis et ex dilectione legiſlatoris: cuius eſt intendere cõmune bonũ: quieſcant male agere. oportuit ergo aliquoſ inducere ad bonum et retrahere a malo timore pene. Eligibilius tñ eſt amari ꝙ̃ timeri: ut eſt per habita manifeſtum.

Incipit tertia pars tertij libri: de regimine principum. In qua tractatur quomodo regenda ſit ciuitas aut regnum tempore belli:

Quid eſt milicia ⁊ ad que eſt inſtituta: et ꝙ omnis bellica operatio: ſub milicia continetur.

Caplm primum.

Expletis partibus duabus huius tertij libri. quia oſtẽſum eſt quid ſenſerunt antiqui philoſophi de regimĩe ciuitatis et regni. et determinatum eſt: qualiter ſit ciuitas atqꝫ regnum tempoꝛ pacis. Reliquum eſt tractare de tempore bellico: ut ſciant reges et principes qualiter cõmittenda ſint bella. Nam ut plurimum belloꝝ induſtria. ut patet per Vegecium in de re militari. plus confert ad optinendam victoriã: ꝙ̃ faciat multitudo uel fortitudo bellantiũ. opus autem bellicum ut patebit in ſequendo. continetur ſub militari. quare ſi de opere bellico tractare volumus. Videndum eſt quid ſit milicia et ad quid ſit inſtituta. ¶ Sciendum igitᷣ militarem eſſe quandam prudentiam ſiue quandam ſpeciem prudentie. Poſſumuſ autẽ quantum ad preſens ſpectat diſtinguerẽ: quinqꝫ ſpecies prudentie. videlicet prudentiam ſingularem. yconomicam: regnatiuam: politicam ſiue ciuilem: et militarem. ¶ Dicitur enim aliquiſ habere ſingularem uel particularem prudentiam: quando ſeipſum ſcit regere et gubernarẽ et hec eſt minor prudentia: ꝙ̃ yconomica ⁊ regnatiua. Nam minus eſt ſcire regere ſeipſum: quã ſcire regere familiam et ciuitatem aut regnum. ¶ Secunda ſpecies prudentie dicitur eſſe yconomica. Nam prudens ex hoc aliquis dicitur ut patet ex ſeptimo ethicoꝝ: quia bene conſiliari et bene dirigere ad bonũ finem. vbi ergo reperitur alia et alia ratio boni: ibi reperitur alia et alia ſpecies prudentie. quare cum bonum domeſticum et bonum totius familie ſit aliud bonum a bono alicuius ſingularis pſone. Sicut bonũ cõmune eſt aliud a bono aliquo ſingulari. Iconomicam ſiue prudentiam per quã quis ſcit regere domum et familiam: oportet eſſe aliam a prudẽtia: qua quis nouit ſeipſum regere. ¶ Tertia ſpecies prudentie dicitur eſſe regnatiua: uel legum poſitiua. Nã ſicut perſona aliqua ſingularis eſt pars domꝰ ita domus eſt pars ciuitatis et regni. et ſicut bonum cõmune eſt aliud a bono alicuius ſingularis perſone. ſic bonum ciuitatis et Regni eſt aliud a bono domeſtico. Prudentia vero regnatiua et legum poſitiua. i. prudentia que requiritur in rege et principante: cuius ẽ leges ferre et regere regnum ⁊ ciuitatem: eſt alia a prudentia yconomica que requiritur in patre familias: cuius eſt gubernare domũ. ꝓ quantо bonum ciuitatis et regni excedit bonuꝫ domeſticum: et bonũ alicuius particularis perſone. tanto prudẽtia que requiritᷣ in rege oportet excedere prudentiã patriſfamilias. uel prudentiam alicuius particularis hominis. Propter quod bene dictum eſt ꝙ ait Vegecius in primo libro de re militari. ꝙ neqꝫ quẽquã magis decet uel meliora ſcire uel plura quã principem: cuius doctrina omnibus ſubiectis prodeſſe poteſt. Inde eſt igitur ꝙ in erudiẽdo reges et principes: hunc totalem librum diuiſimus in tres libros. quia in primo libro docuimus regem eſſe prudentem prout rex aut prĩceps eſt quedam perſona in ſe et prout habet ſeipſum regere. In ſecundo vero docuimus ipſum ut eſt paterfamilias: et ut habet diſpenſare bona domeſtica. In tertio vero eruditᷣ Rex aut princeps ut eſt caput regni aut principatus. et ut habet ferre leges et gubernare ciues. Omẽs autem tres prudentias decet haberẽ regem. videlicet particularem: yconomicam ⁊ regnatiuam. ¶ Quarta ſpecies prudentie dicitᷣ eſſe pollitica ſiue ciuilis. Nam ſicut in principante requiritur excellens prudentia qua ſciat alios regerẽ. Sic in quolibet ciue requiritur prudentia aliqualis qua noſcat adimplere leges et mandata principantis. Non eniꝫ ſic obſequitur ciuis principanti aut regi ſicut martellus fabro. quia in martello nulla eſt cognitio: ſed ſolum agitatur a fabro. Sed in ciue requiritur prudentia aliqua per quã habeat bonam opinionem de hiis que imperantur a Rege. ¶ Differt autem hec prudentia a prudentia particulari: quam collocauimus in prima ſpecie. Nam aliud eſt ꝙ ſciat ſe regere ut eſt aliquid in ſe. et aliud ut ſubiectus principanti. Nam et ſi quis ſolitariam vitam duceret: adhuc oporteret ipſum habere aliqualem prudẽtiam: qua ſciret ſe regere et gubernare: non tamen eſſet in ipſo prudentia ciuilis nec yconomica nec regnatiua. quia nõ eſſet ciuis nec pars ciuitatis.
¶ Quinta ſpecies prudentie dicitur eſſe militaris. Nam regimen regni et ciuitatis: ſi ſit rectum et ordinatum: aſſimulatur hiis que videmus in vno et eodem homine. Sicut ergo quilibet homo habet duas virtutes anime. Unaꝫ per quam ſequitur bonum et fugit malum.
Et aliam per quam aggreditur: et reſiſtit prohibentibus: Sicut quelibet ciuitas ⁊ regnum indiget duplici virtute et duplici prudẽtia. videlicet legum poſitiua et militari. ut per legũ poſitiuam tota ciuitas et totum regnum proſequatur proficua et fugiat nociua.
Per militarem vero et per operationem bellicam aggrediatur et ſuperet impedientia: et prohibentia. Militaris ergo eſt quedam ſpecies prudentie per quam ſuperantur hoſtes et prohibentes bonum ciuile et commune.
¶ Ex hoc autem apparet ad quid ſit milicia inſtituta. Nam ſicut leges ut ſupra oſtendebatur principaliter reſpiciunt commune bonum Sic et milicia principaliter inſtituta eſt ad defenſionem communis boni: aut ciuitatis aut regni. Quare cum commune bonum directe videatur impediri per impugnationem hoſtiuꝫ. et ex conſequenti vero ex ſeditione ipſorum ciuium: et ex oppreſſione debilium perſonaruꝫ. Dicere poſſumus ꝙ ſicut ad fortem principaliter ſpectat bene ſe habere in opere bellico: Ex conſequenti vero ſpectat ad ipſum bene ſe habere in aliis terribilibus. Sic etiam ad milites principaliter ſpectat bene ſe habere in opere bellico et per actiones bellicas opprimere impedimenta hoſtium.
Ex conſequenti vero ſpectat ad ipſos ſecundum iuſſionem regiam: ⁊ ſecundum mandata principantis impedire omnes ſeditiones ciuium: et omnes oppreſſiones eorum: que ſunt in regno: per quas turbari poteſt tranquillitas ciuium et commune bonum.
¶ Hanc autem rationem prudentiam: videlicet militarem. maxime decet habere Regem. Nam licet executio bellorum: et remouere impedimenta ipſius communis boni: ſpectet ad ipſos milites: et etiaꝫ ad eos quibus ipſe Rex

ſicut princeps voluerit cõmittere talia. Scire tamen quomodo cõmittenda ſunt bella: et qualiter ciues remoueri poſſint impedientia cõmune bonum ſpectat ad principantem. ¶ Ex hoc ergo patere poteſt q̃les ſunt ad miliciam admittendi. Nam milicia videtur eſſe: quedam prudentia operis bellici: ordinata ad cõmune bonum. videntur ſe habere milites in opere bellico ſicut magiſtri et doctores in ſciencijs alijs. Quare ſicut nullus efficiendus eſt magiſter in alijs ſcientijs: niſi conſtet ipſum eſſe doctum in arte illa. Sic nullus aſſumendus eſt ad dignitatem militarem: niſi cõſtet ipſum diligere bonum regni et cõmune. et niſi ſpes habeatur q̃ ſit bonus in opere bellico. et q̃ velit ſcdm iuſſionem principantis impedire ſeditiões ciuium: pugnare pro iuſtitia et pro iuribus remouere quecũq; impedire poſſunt cõmune bonum. ¶ Ex hoc etiam patere poteſt oẽm bellicam operationẽ contineri ſub militari. Nam licet bellare contingat homines pedites uel etiam equeſtres non exiſtẽtes milites. debent tñ milites eſſe magiſtri bellorum ⁊ ordinatores alioꝝ in bello. ideo ſub militari dicitur opera bellica contineri.

## Que ſunt regiones ille in quibus ſunt meliores bellatores: et ex quibus artibus eligendi ſunt homĩes bellicoſi. Caplm. ij.

Idetur quantum ad preſens ſpectat in ope bellico duo neceſſaria eſſe ſtrẽnuitas bellãdi. et prudencia erga bella. quare ſi ſcire volumus in quibus regionibus meliores ſunt bellatores oportet attendere circa predicta duo. ¶ In partibus igitur nimis propinquis ſoli non ſunt eligendi bellantes. q: in eis deficit ſtrennuitas ⁊ animoſitas circa bellum. vt ait phũs. vij. polit. Ratio aũt huius aſſignatur a vegecio primo libro de re militari caplo ſecundo. vbi dicitur q̃ natiões que vicine ſunt ſoli nimio calore ſiccate. ãpli9 quidem ſapiunt: ſed modicum habundant in ſanguine. et propterea non habent conſtantiam pugnandi neq; fiduciã. q: naturaliter metuũt vulnera. Naꝫ cũ naturaliter habeãt modicum ſanguinis naturaliter timẽt ſanguinis amiſſionem. nõ ergo ſunt ꝓmpti ad bella nec ad percuſſionẽ. ¶ Rurſus in partibus ſeptentrionalibus et nimis a ſole remotis nõ ſunt eligẽdi bellãtes. et quia ſi illis eſt ſanguinis copia: ut vulnera non metuant. tñ propter ſanguinis habundanciã et impetum ſunt quaſi furibundi et imprudentes. Ideo nõ omnino ſũt utiles opibus bellicis. quia ꝯſiliũ ⁊ prudẽtia ĩ dimicãdo nõ eſt modicũ vtilis. Experimento eniꝫ videmus ⁊ plane hoc vult phũs ſeptimo polici. q̃ gentes nimis propinque ſoli habundãt ſagacitate ⁊ induſtria: ſed deficiunt impetu et animoſitate. Gentes vero a ſole remote econtrario prudentia deficiunt ⁊ animoſitate ſuperant. quare ſi tam animoſitas quã induſtria neceſſaria eſt in bellis: ex neutris partibus eligendi ſunt bellatores. ſed ex regiõe media: nec omnino a ſole remota: nec omnino ſoli propinqua eligendi ſunt bellantes: ut tam prudentia q̃ꝫ animoſitate participent.

¶ Aduertendum tñ cetera talia documẽta accipienda eſſe ut in pluribus. Nam in oĩbus ptibus ſunt aliqui induſtres: et aliqui animoſi vt plurimũ ſoli propinqui aĩoſitate deficiunt. remoti vero prudencia. ¶ Aduertendum etiã q̃ licet in bellis tam animoſitas q̃ꝫ etiam prudentia ſit neceſſaria. magis tñ aĩoſitas eſt utilis. Ideo et ſi gentes oĩno propinque ſoli: et oĩno remote non ſunt penitus vtiles actibus bellicis: magis tamen inter medias regiones eligende ſunt ad opera bellica r̃motiores a ſole: quã propinquiores: ut magis animoſitate participent.

¶ Uiſo ex quibus partibus meliores ſunt bellatores. Uidere reſtat: ex quibus artibus eligendi ſunt bellantes. Enumeranda ſunt igitur ea que requiruntur in hominibus bellicoſis: ut ſciamus quales homines ſunt eligendi ad bellum: et ex quibus artibus ſunt aſſumendi bellantes.

¶ Sciendum ergo q̃ cum bellantes debẽt habere membra acta ⁊ aſſueta ad percutiendum non debeant horrere ſanguinis effuſionem: debeant eſſe animoſi ad inuadendum et etiaꝫ potentes ad tolerandum labores. Dicere poſſumus q̃ Fabriferrarij et Carpentarij vtiles ſunt ad opera bellica. quia ex arte ſua habent brachia acta et aſſueta ad percutiendum. Sic etiam vtiles ſunt macellarij. quia non horrẽt ſanguinis effuſionem. cum aſſueti ſint ad occiſionem animalium: et ad effundendum ſanguinem. Uenatores etiam aprorum admittendi ſunt ad huiuſmodi opera. quia non ſine magna audacia cõtingit aliquos inuadere apros Sunt ergo tales animoſi et ſtrennui ad bellãdum. Imo forte non minus periculoſum eſt: bellare cum apro: quã pugnare cum hoſte. Nã ñ timẽtes aprorum pericula ſignum eſt: eos non timere hoſtium bella.

¶ Rurſus venatores ceruorum non ſunt repudiandi ab actibus bellicis: eo q̃ tales aſſueti ſunt ad labores nimios. Ex hijs ergo artibus propterea que diximus eligendi ſunt bellatores. ¶ Barbitonſores autem et ſutores ſi conſideretur ars propria: ad pugnam ſunt inutiles: Nam nunquam bene vibrant clauam aut enſem: qui debet habere manum leuem: ⁊ nõ eſt aſſuetus retinere in manibus niſi raſorium aut acum. Que enim proportio eſt acus: ad lanceam: et raſorij ad clauam. ¶ Sic etiam apothecarij aucupes et piſcatores non ſunt eligendi ad huiuſmodi opera: eo q̃ non habeant artem conformem operibus bellicoſis. Poteſt ergo contingere q̃ in qualibꝫ arte ſint aliqui bellicoſi et audaces. Aliqui vero timidi et puſillanimes. Sed quantum eſt ex genere artis: et prout ars ipſa reddit hominem aptuꝫ uel inherentem ad opus bellicum. Aliqua genera artium diximus vtilia ad actiones bellicas. et aliqua inutilia.

## In qua etate aſſueſcendi ſunt iuuenes ad opera bellica. et ex quibus ſignis cognoſcere poſſumus homines bellicoſos. Caplm. iij.

Irim9 ſupra phũm velle in ſeptimo poli. Iuuenes a. xiiij. anno vltra aſſueſiendos eſſe ad labores fortes: ut ad labores militares et bellicoſos. Quod concordat cum Uegecio de re militari dicente: q̃ a tempore pubertatis eſſueſcendi ſunt homines iuuenes ad militares labores. Imo quia que a iuuentute inchoamus nimis diligimus et delectamur in illis. Si vult legiſlator ciues bellatores facere et reddere ipſos aptos ad pugnandum: potius debet preuenire tempus q̃ꝫ premittere. Nam ut ait Uegecius. melius eſt: ut iuuenis exercitatus cauſetur etatem nonduꝫ adueniſſe pugnandi gratia: q̃ꝫ doleat preteriſſe. ¶ Eſt etiaꝫ ſpecialis ratio quare oporteat iuuenes ab ipſa iuuentute aſſueſcere: ad artem bellandi. quia non parua nec leuis ars eſſe videtur armorum induſtria. Nam ſiue equitem ſiue peditem oportet eſſe bellantem. quaſi fortuitu videtur peruenire ad palmam: ſi caret induſtria bellandi. Tam enim in pedeſtri q̃ꝫ etiam in equeſtri pugna: ſunt multe adhibende cautele. Fatuum eſt quidem non prius: ſed tunc velle addiſcere bellare: quando imminet neceſſitas pugnandi: vbi vita periculis mortis exponitur. Ut ergo bellatores habeãt ſpacium addiſcendi ſingula: que requiruntur ad bellum: ab ipſa pubertate aſſueſcendi ſunt ad opera bellica. Quare ſi legiſlator ut Rex aut princeps debeat committere bellum viros exercitatos et bellatores ſtrennuos debet aſſumere. ¶ Uiſo in qua etate aſſueſcendi ſunt qui debent effici bellatores ad actiones bellicas. videre reſtat ex quibus ſignis cognoſci habeant homines bellicoſi.

¶ Sciendum igitur viros audaces et cordatos vtiliores eſſe ad bellum quã timidos. Rurſus homĩes fortes et duros corpore: quia potentiores ſunt viribus: ſunt magis eligendi ad opus bellicum. Amplius cum videamus aliqua animalia bellicoſa. Aliqua vero timida. Homines ſimiliores animalibus bellicoſis vtiliores videntur eſſe ad bellum.

¶ Tribus igitur generibus ſignorum cognoſcere poſſumus bellicoſos viros.

¶ Primo quidem per ſigna: ſecundum quod arguitur animoſitas et audacia.

¶ Secundo vero per ſigna: ſecundũ que oſtenditur viritas et fortitudo corporis.

¶ Tertio autem per ſigna ſcd̃m que oſtenditur aīoſitas ⁊ ſtrenuitas cordis· vigilãtia oculoꝝ: et erectio ceruicis· Ideo dicit Uegeci⁹: ꝙ adoleſcens martio operi deputandus debet eſſe vigilantibus oculis et erecta ceruice· Signa vero per que oſtendatur fortitudo corporis et vires membrorum ſunt duricies carnis et compactio neruoꝝ muſculorum et lacertoꝝ. Nam ſecundum pħm̃ octauo politi· opus bellicoſum et induſtria mentis omnino requirũt modum contrarium· Nam ut ſcribitur in ſecũdo de anima· molles carne aptos mente dicimus· Sed econtrario dicimus: duri carne habentes compactos neruos et lacertos ſunt viroſi et fortiores corpore: ſunt aptiores ad pugnam· Signa vero conformantia nos animalibus bellicoſis ſunt magnitudo extremitatuȝ et latitudo pectoris· Uidemus enim leones et animaliuȝ fortiſſimos habere magna brachia et latum pectus· Quando igitur in hoīe videmus ꝙ ſit vigilans oculis: erectus ceruice: durus in carne: compactus in neruis ⁊ muſculis habens longa brachia et latum pectus: debemus arguere ipſum eſſe bellicoſum et aptũ ad pugnam· tales ergo querendi ſunt bellatores· quia ut plurimum contingit eos eſſe aptos ad actiones bellicas·

## Que et quot habere debent homines bellicoſi ut bene pugnent· ⁊ ut eos ſtrenue bellare contingat·

## Capłm· iiij·

Quantum ad preſens ſpectat: enumerare poſſumus octo: que habere debent homines bellatores: ſecundum que quantum ad preſens ſpectat inueſtigare poterimus quos aut quales bellatores debet rex aut princeps eligere·

¶ Primo enim oportet ut pugnatiuos homines poſſe ſuſtinere magnitudinem ponderis· ¶ Secundo poſſe ſufferre quaſi aſſiduos mẽbrorum motus et labores magnos· ¶ Tertio poſſe tolerare parcitatem victus· ¶ Quarto non curare de incõmoditate iacendi et ſtandi ¶ Quinto quaſi non appreciari corporalem vitam· ¶ Sexto non horrere ſanguinis effuſionem· ¶ Septio habere aptitudinẽ et induſtriam ad protegendũ ſe et feriendum alios·

¶ Octauo verecundari et erubeſcere eligere turpem fugam· ¶ Eſt enim primo neceſſariũ bellantibus poſſe ſuſtinere ponderis magnitudinem· Nam inermes a quacunq; parte feriantur ſuccumbunt· quare niſi quis poſſet ſuſtinere armorum pondera inutilis eſt ad bellum· ¶ Secundo bellantibus expedit poſſe ſufferre quaſi aſſiduos membroꝝ mot⁹· Nam ſi quis in bello non continue ſe ducat: aduerſarius non fallitur in percutiendo· quare ſemp̃ exponitur ad percutiendum fortiores ictus· expertum eſt enim ꝙ homine continue ſe ducente et mouente: vix et nunquã ad plenum aliq̃ percuſſio poteſt ipſum attingere: ſed ſemp̃ vulnera ſubterfugit· Nam ſicut ſi ſignum ſe moueret ⁊ nõ ſtaret fixum: non ſic de facili percuteretur ab arcu· Sic homo ſe circumuoluens: non ſic de facili vulneratur ab hoſte· Continuus ergo membrorum motus eſt neceſſarius: ad vitandum plagas· Sic etiam eſt neceſſari⁹ ad incuciendum eas: propter quod tales debent eſſe homines pugnatiui: ut diu tolerare poſſint aſſiduum membroꝝ motum·

¶ Tertio homines pugnatiuos decet non curare de parcitate victus· Nam graue eſt ultra armorum pondera et eoꝝ que requiruntur ad defenſionem exercitus: deferre in habundantia victualium copiam· ymo ꝙ et ſi abſq; grauamine adeſſet pugnantibus ciborum vbertas: adhuc eſſet eis neceſſaria abſtinentia: et non grauare ex nimio cibo: ut laborem pugnãdi melius tolerare poſſent·

¶ Quarto decet eos non curare de incommoditate iacendi et ſtandi· Nam expedit aliquando pugnantibus die noctuq; eſſe in armis· propter quod nec in ſtando nec in iacendo eſt eis commodum aut requies:

¶ Quinto decet ipſos propter iuſtitiam ⁊ cõmune bonum quaſi nõ appreciari corporalem vitam· Nam cum tota opatio bellica expoſita ſit periculis mortis: nunq̃ quis eſt fortis aīo ⁊ bonus bellator: niſi aliquo modo ſit impauidus circa pericula mortis·

Spectat enim ad fortem et ad bonum bellatorem· ut innuit philoſophus tertio ethicorum non curare in bello bene mori· Tunc enĩ quiſ dicitur bene mori in bello· quando iuſte bellans: ut pro defenſione patrie· uel aliquo alio magno bono iuſte et audacter exponit ſe mortis periculis· Cum autem quis vitã quã debeat diligit corporalem vitam: de facili eligit turpem fugam·

¶ Sexto pugnantes non debent horrere ſanguinis effuſionem· Nam ſi quis cor molle habens muliebris exiſtẽs horreat effundere ſanguinem: non audebit hoſtibus plagas infligere· et per conſequens bene bellare non poteſt·

¶ Septimo decet eos habere aptitudinem et induſtriam ad protegendum ſe: et ad feriendum alios· Nam ut dicitur ethicoꝝ primo· finis militaris eſt victoria· Sed cum omnis bellica operatio contineatur ſub militari: ut ſupra oſtendebatur· et ut habetur a philoſophos circa principium ethico· Omnis actionis bellice dicetur victoria eſſe finis· Quare cum maxime contingat bellantes vincere ſi bene ſciãt ſe protegere et alios ferire· Induſtria protegendi et feriendi valde eſt expediens bellatoribus· Qualiter autem talis induſtria habeatur· et qualiter ſit feriendũ hoſtem· et que adminiculantur ad iſta infra patebit·

¶ Octauo decet bellatores verecundari ⁊ erubeſcere turpem fugam· Nam ut dicitur tertio ethicorum· Apud illos ſunt viri fortiſſimi: apud quos honorantur fortes· Inter cetera autem que reddunt hominem bellicoſum: eſt diligere honorari et pugna: et erubeſcere turpem fugam· ¶ Aduertendum autem ꝙ cum dicimus bellatores non horrere effuſionem ſanguinis: non debere multum appreciari corporalem vitam: et cetera que diffuſius enumerauimus: intelligendum eſt ſi habeãt iuſtum bellum· Nam pro defenſione iuſtitie et pro cõmuni bono exponenda eſt periculo corporalis vita· non eſt cauenda effuſio ſanguinis· et cetera alia ſunt fienda: per que iuſtitia et cõmune bonum defendi poteſt· Ex hijs autem plane patet: quales bellatores et quos viros: pugnatiuos Rex aut princeps eligere debeãt Nam illi ſunt eligendi in quibus plura reperiuntur de hijs que requiruntur ad pugnam·

## Qui ſunt meliores bellatores: an vrbani et nobiles· uel agricole ⁊ rurales·

## Capłm· v·

Numeratis hijs que habere debẽt bellatores viri· Reſtat inquirere qui ſũt meliores bellantes: an vrbani ⁊ an nobiles: an rurales· Uidetur autem ſi conſiderentur predicta: rurales meliores eſſe· Huiuſmodi autẽ opinionis uiſus eſt eſſe Uegecius dicens: nunquam credo potuiſſe dubitari aptiorem armis eſſe ruſticam plebem· Ad hoc etiaȝ videntur facere que ſuperius diximus·

¶ Dicebatur enim viros pugnatiuos tales eſſe debere: qui poſſent ſuſtinere magnitudinẽ ponderis: continuum laborem membrorum: parcitatem victus: et incommoditatem iacendi et ſtandi: non timere mortem: non horrere ſanguinis effuſionem: et cetera alia que tetigimus in capitulo precedenti· Conſtat autem ruralem populum habere maxime predicta· Sunt enim ruſtici aſſueti ad magnitudinem ponderum· non enim in bellis grauabit eos armorum ſarcina· qui aſſidue tempore pacis aſſueti ſunt ad maiora pondera· Nec etiaȝ eos fatigabit curſus uel ductio brachiorum uel aliorum membroꝝ motus: qui ad hos et ad maiores labores ſunt ꝯtinue aſſueti· Rurſus eos nõ affliget paruitas victus· quibus potus aque ſatiſfaciebat in ſiti· et groſſus panis ſufficiebat ad eſum· Ampli⁹ rurales nõ affligunt̃ ex incõmoditate iacẽdi uel ſtandi: qui ſolis ardorẽ nõ timẽt: umbras nõ curãt· balneoꝝ ſolacia neſciũt in ſolida terra iacẽtes ſuaui⁹ dormiũt q̃ vrbani ⁊ nobiles quieſcant in fulcris· Hos etiã ꝓbabile ẽ nõ multũ timere mortẽ· Nã tãto q̃s magis mortẽ timere vĩ: quãto magis delicate vixit et quãto plurimũ ſolacioꝝ eſt expertus in vita· Hij etiã nõ videntur horrere effuſionẽ ſanguinis· Nam inter ceteras gẽtes ruraliũ genus eſſe crudeli⁹· Ad hec igĩ intẽdentib⁹ videt̃ concedendũ eſſe meliores bellatores eſſe rurales

¶ Sunt autem alia per que videtur oſtendi: vrbanos et nobiles meliores eſſe pugnantes. Nam inter cetera per que quis redditur bonus pugnatiuus eſt: ut dicebatur velle honorari: ex pugna et erubeſcere turpem fugam.

¶ Hoc eſt enim ut ait philoſophus tertio ethicorum: q Hectorem fecit audacem. Dicebat enim Hector. Si ex pugna fugiam: Polamidas mihi redargutiones ponet. Sic etiam et Dyomedes hoc modo effectus fuit ſtrenuus. quia dicebat. Si in bello terga vertam: Hector econtionabitur in Troyanis. Dicet a me deuictus eſt Dyomedes. quare cum velle honorari et erubeſcere de aliquo turpi facto magis conueniat nobilibus quam ruſticis. Hi meliores eſſe videntur ad pugnam: eo q verecundentur fugere. ¶ Rurſus in bello multum valet induſtria et prudentia. Nam ſagacitas et verſutia aliquando plus faciunt ad optinendam victoriam quam corporis fortitudo. Quare cum nobiles homines induſtriores ſunt ruſticis ſequitur hos meliores eſſe pugnantes. Videntur enim hec duo maxima eſſe ad optinendam victoriam. videlicet erubeſcentia fugiendi et ſagacitas bellandi.

¶ Ut ergo ſciatur quid ſit de queſtio tenendum oportet aduertere q ſecundum diuerſitatem pugnarum diuerſi eligendi ſunt bellatores. Poteſt enim eſſe pugna pedeſtris et equeſtris. In pedeſtri itaque certamine magis eligendi ſunt rurales quam nobiles: eo q illis maxime valet aſſuefactio ad portationem ponderum et tolerantiam laborum. In equeſtri vero magis eligendi ſunt ipſi nobiles eo q equorum ipſorum fortitudo ſupplet defectum quem patiuntur nobiles in non poſſe tantos ſuſtinere labores: quantos conſueuerunt ſuſtinere rurales. In huiuſmodi enim pugnis: maxime valet bellandi ſagacitas ſociata erubeſcentie fugiendi.

¶ Sciendum tamen q ut nobiles ex omni parte efficiantur ſtrenui bellatores aſſuefaciendi ſunt ad portandum armorum pondera: et ad ſuſtinendum laborem et motum brachiorum et aliorum membrorum corporis: ut requirit operatio bellica. Que autem et quot ſunt illa ad que debeant exercitari bellantes in ſequenti capitulo oſtendetur.

Q in opere bellico nimium valet exercitatio armorum: et q ad vincendum gradatim et paſſim et ad curſum et ſaltum exercitandi ſunt bellatores.

Caplm. vi.

Ecitat Uegecius in libro de re militari: exercitationem armorum et induſtriam bellandi fuiſſe ea que terrarum orbem Romano populo ſubiecerunt. Nam quid potuiſſet paucitas Romanorum: aduerſus multitudinem Hiſpanorum. contra dolos Affrorum. et prudentias grecorum: niſi paruuli fuiſſent exercitati in armis: et magis habuiſſent bellandi induſtriam. Non eſt enim inconueniens virum prudentem et ſagacem in vno: propter particularium inexperientiam eſſe imprudentem in aliquo. Unde multotiens contingit q prudentes in rebus aliis propter inexercicium armorum nō ſunt induſtres in bellis. Exercicium enim in quolibet negocio prebet audaciam: ut non metuat illud facere. Nam quia ſecundum Uegecium. Nemo facere metuit: quod ſe bene didiciſſe confidit. Inde eſt q tantum valet armorum exercicium: quod in bellorum certamine paucitas exercitata ſit prompta ad victoriam: Et multitudo rudis et indocta ſemper ſit expoſita ad fugam et ad cedem.

¶ Viſo armorum exercicium eſſe perutile: ad opera bellica. Reſtat oſtendere quomodo exercitandi ſunt bellantes ad incedendum gradatim et paſſim: et ad curſum et ad ſaltum. Nam iſta ut in proſequendo patebit: neceſſaria ſūt in bellis et inexercitatio circa ipſa: bellantibus eſt nociua.

¶ Primo enim milites et ipſi pedites: et vniuerſaliter bellantes aſſueſcendi ſunt ad gradum et paſſum bellicum: ut gradatim pergāt ita ut quilibet ſe in ſuo ordine teneat. Nam ſi acies ſiue peditum ſiue militū non ordinate incedat duo mala inde conſequuntur. Nam non ſeruato debito ordine: in vna parte erit acies quaſi ſparſa et peruia vltra quā debeat. In alia vero arta et ſtricta plus q̄ʒ oporteat. ¶ Primo ergo ex eo q in aliqua parte peruia eſt citius ab hoſte perforabitur: et per cōſequens debellabitur.

¶ Secundo in parte illa in qua nimis arta ē: impedietur ad percutiendum. Nam cum bellator a ſuo conſocio nimis comprimitur: ſua impediuntur brachia: ne poſſit hoſtibus plagas infligere. Hec enim duo in acie ſunt neceſſaria: ut ſcilicet non poteſt de facili perforari ab hoſtibus: et non impediatur ad percutiendum. q niſi ſeruato debito gradu et debito ordine in inceſſu fieri non poteſt. Tam ergo pedites q̄ʒ equites bellatores antequam bella exerceant: ſunt multotiens ſimul congregandi. et exercitandi: ut onerati armis ordinate incedant: ac ſi deberent pugnam committere. Et cum viderit magiſter bellorum: aliquem non tenere ordinem debitum in acie ipſum increpet et corrigat. uel ſi nimis delinquat ipſum omnino repellat ab acie tanquā inutilem bellatorem. ¶ Secundo exercitandi ſunt bellatores tam pedites q̄ʒ equites ad curſum. ut ſint abiles in precurrendo. Videtur enim hoc valere ad tria. ¶ Primo ad explorandum inimicorum facta. Nam bonum eſt in exercitu aliquos exiliores precurrere: qui de facili nō poſſint ab ipſis hoſtibus comprehendi: explorantes conditiones et facta hoſtium.

¶ Secundo hoc eſt vtile ad optinendum meliorem locum. Nam et locus multuʒ facit ad pugnam. Ideo ſi bellatores exercitati ſunt ad curſum: facilius optinebunt aptiorem locum ad pugnandum. Eſt etiam hoc vtile ad perſequēdum hoſtes fugientes. Nam non de facili quis poteſt euadere manus agilium et precurrentium. ¶ Tertio exercitandi ſunt bellatores ad ſaltum ut ſciant ſaltim uel per ſaltum incedere. Quod etiaʒ ad tria eſt vtile: Primo ad remouendum impedimenta. Secundo: ad terrendum aduerſarios. Tertio ad infligendum maiores plagas. Contingit enim aliquādo inuenire foſſas et alia impedimenta in via que ſine ſaltu in via tranſire non poſſunt. quare vtile eſt ad remouenda impedimenta: et equites ut ſic ſint docti: ut ſciant equum ſic pungere: ut per ſaltum foueas et alia impedimenta pertranſeāt: et pedites et etiam milites: ſi contingat eos pedes eſſe: ſi volunt boni bellatores exiſtere: ſic ab ipſa iuuentute exercitandi ſunt ad ſaliendum: ut poſſint per ſaltum foueas et alia impedimenta tranſire. Terrent̄ etiam ex hoc aduerſarij: quando ſic vident hoſtes per ſaltum incedere.

¶ Rurſus ipſe ſaltus ratione motus facit: ut plaga amplior infligatur.

Q non ſufficit ad incedendum ſerio et gradatim: et ad curſum et ſaltum exercitare bellantes: ſed ſunt plura alia ad que exercitandi ſunt homines bellicoſi.

Caplm. vii.

Oſſumus autem preter tria predicta: ad que exercitandos diximus bellantes enumerare octo alia: ad que exercitari debent homines bellicoſi.

¶ Primo enim exercitandi ſūt ad portandum pondera: ¶ Secundo ad inuadendum et percutiendum cum claua. ¶ Tertio ad emittendum tela ſiue iacula. et ad percutiendum cum lancea. ¶ Quarto ad iaciendum ſagittas.

¶ Quinto ad proijciendum lapides cum fundis. ¶ Sexto ad percutiendum cum plumbatis. ¶ Septimo ad aſcendendum equos.

¶ Octauo ad ſciendum artem natandi. Eſſet etiam vlterius dicendum: quomodo exercitādi ſunt bellatores ad percutiendum cum gladijs et enſibus. Sed de hoc ſpeciale capituluʒ faciemus. ¶ Primo enim ſunt bellatores exercitandi ad portandum pondera: ut plus ponderis portare aſſueſcant: etiā q̄ʒ ſit armorum ſarcina. Naʒ conſuetudo eſt quaſi natura quedam. Cum ergo quis aſſuetus eſt ad portandum maius pondus: videtur ſibi quaſi quod leuis incedat: ſi oneretur quodam minori pōdere.

Rurſus non ſolum vna ſed etiã plura alia ſũt
ferenda in bello· Ideo etiam ad maiora põde
ra non eſt inutile aſſueſcere bellatores· ¶Se
cundo exercitandi ſunt bellantes ad inuaden
dum et percutiendum cũ claua· Recitat enĩ
Uegecius: ꝙ antiquitus apud Romanos in
campo aliquo multi pali infigebantur: ⁊ iuue
nes quos volebant facere optimos bellatores
exercitabant ad palos illos· ita ut quilibet ha/
beret ſcutum dupli ponderiſ: q̃ʒ ſit ſcutum qđ
portatur in bello· et clauam ligneam etiã du
plici ponderis: et quilibet illorum iuuenum:
ſic oneratus contra aliquem illorum palorũ
quaſi contra aduerſarium incedebant: et nũc
percutiebat palum in ſummitate nũc in ꝑmo·
nunc in medio· et contra palum illum ſic im/
petuoſe ſe gerebat percutiendo ipſũ: et coope
rando ſe ad alia faciendo que requiruntur ad
bellum: ac ſi contra hoſtem dimicaret· et cum
diu mane et ſero iuuenes ſic exercitati eſſent·
cum poſtea veniebant ad bellum: non graua/
bantur in percutiendo cum claua· uel in ſuſti
nendo quoſcunqʒ labores bellicos· ¶Tertio
exercitandi ſunt bellatores ad mittendum te/
la et iacula· et ad percutiendum cum lancea·
quod etiam ad defixum palum fieri habet· Fi
ebat enim antiquitus ut cum iuuenes exerci/
tati erant ad percutiendum palos infixos cũ
claua: ꝙ exercitabantur ad percutiendum cũ
telo uel cum iaculo ſiue cum lancea· Stabant
enim a remotis et aſſuefaciebant brachia: ut
poſſent palum percutere uel ſaltem prope ip/
ſum proijcere· Eſt autem attendendum ꝙ in
proiiciendo telum aut lanceam primo vibran
dum eſt telum ipſum: et poſtea fortiter impel
lendum· vibrando enim telum propter maio/
rem motum quem efficit in aere: longius per
git et amplius nullus infligit/ ¶Quarto ex/
ercitandi ſunt bellantes ad iaciendum ſagit/
tas uel cum arcubus uel cum baliſtis Nã qꝛ
contingit ꝙ ipſos hoſtes non poſſumus ime
diate attingerẽ· vtile eſt eos ſagittis impugna
re· ꝑmo dato ꝙ pugnantes ſe cũ hoſtibuſ poſ
ſint coniungere antequã coniungantur: profi/
cuum eſt eos arcubus et baliſtis terrere· Legi
tur enĩ de affricano Scipione: ꝙ cũ pro popu
lo Romano certare deberet: non aliter contra
hoſtes ſe optinere credebat: niſi in omnibus
aciebus electos ſagittarios miſcuiſſet·
¶Quinto ſunt bellatores exercitandi ad ia/
ciendum lapides cum fundis· Hic enim mo/
dus bellandi in quibuſdã marinis inſulis fu
it inuentus: in quibus pueri: ut Uegecius re
citat: adeo induſtres erant: ut matres nullum
cibum eis exhiberent: cum nõ primo cum fun
da percuterent· Eſt enĩ hoc exercicium vtile
quia fundam portare nullus eſt labor· Inter
dum tñ euenit ut in lapidoſis locis habeat̃ cõ
flictus: et ut mons ſit aliquis defendẽdus· In
impugnatione etiam caſtrorum et ciuitatum
non inutile eſt lapides cum fundis eiicere·
¶Sexto exercitandi ſunt bellantes ad percu
tiendum cum plumbatis· Nam pila plumbea
uel ferrea cum cathena aliqua coniuncta ma/
nubrio lineo vehementem ictum reddit· Nam
propter vehementiorem motum aeris vehe/
mentius percutit pila cum cathena haſte infi
xa: q̃ʒ ſi ipſi haſte uel ipſi manubrio lineo eſ/
liter et quot modis contingat pugnā cōmitte
re: in ſequenti capitulo oſtendetur·
¶ Oſtenſo quot ſūt genera belloꝝ: ⁊ quot mo
dis deuincende ſunt munitiones obſeſſe· Re/
ſtat oſtendere: quo tēpore melius eſt obſidere·
ciuitates ⁊ caſtra· ¶ Sciendum itaqꝫ ꝙ tēpore
eſtiuo anteqꝫ ſint recollecta blada: vina: ⁊ alia
per que ſubueniri poteſt inopie obſeſſoꝝ: eſt
melius obſeſſionem facere· Jllo enī tēpore om
nimodi deuincendi melius deuincuntur obſe
ſſi· Nam ſi per ſitim munitiones optinēde me
lius eſt facere obſeſſionē tempore eſtiuo· eo ꝙ
tunc magis deſiccantur aque· nec ſic habun/
dāt pluuie celeſtes: ut poſſit per ciſternas ſub
uenire obſeſſis· ¶ Rurſus ſic per famē eſt ca/
ſtrum uel ciuitas obſeſſa optinēda melius eſt
obſeſſionem facere eſtiuo tempore: antequam
meſſes ⁊ vina ſint recollecta· quia ſemper tali
tempore conſueuerunt deficere fructus anni
preteriti· quare ſi obſeſſi non poſſunt gaude/
re fructibus anni aduenientis: citius peribūt
inopia· Amplius ſi poſt bellum ⁊ pugnam mu
nitiones ſunt optinende: melius eſt hoc age/
re eſtiuo tpe· Nam tempore yemali habūdant

pluuie replentur foſſe aquis: quare difficiliuſ
impugnantur obſeſſi· ¶ Rurſus incommodi
tates temporum magis moleſtant obſidentes
et exiſtentes in campis· qꝫ obſeſſos manentes
in domibus· Uel igitur obſeſſiōes fiende ſunt
tempore eſtiuo· vel ſi per multa tempora obſeſ
ſiones durare debent· ſaltem inchoande ſunt:
tempore eſtiuo: prius qꝫ blada: vina: et alios
fructus terre recolligere poſſint obſeſſi·

## Quomodo debent munitiones ob
## ſideri· et quomodo periculoſius i/
## pugnari poſſunt munitiones ob/
## ſeſſe·

### Caplm· xvii·

J obſidentes negligentes fuerint: et
non diligenter ſe muniant ab obſeſ/
ſis moleſtari poterunt· Nam cum cō
tingat obſeſſiones per multa aliquando dura
re tempora: non eſt poſſibile obſidentes ſem/
per eſſe paratos eque· Jdeo niſi ſunt muniti:
quod contingit: ꝙ exiſtentes in caſtris: cum
fuerint occupati obſidentes ſompno uel ludo
uel ocio: aut aliqua neceſſitate diſperſi: repen
te prorumpunt in ipſos et ſuccendunt tento/
ria· deſtruunt obſidentiuꝫ machinas: ⁊ aliquā
do multi ex obſidentibus periunt· Quare ob/
ſidentes ut tuti permaneant: longe a muniti/
one obſeſſa: ſaltem per ictum teli uel iaculi: de
bent caſtrametari: et circa ſe facere foſſas: et fi
gere ibi ligna: et conſtruere propugnacula: ut
ſi oppidani eos repente vellent inuadere: reſi
ſtentiam inuenirent·
¶ Uiſo quomodo ſe munire debent obſidētes
ne ab oppidanis moleſtentur· Reſtat oſtendo
re: quot modiſ impugnare debent obſeſſos·
¶ Eſt autem vnus modus impugnandi com
munis et publicus· videlicet per baliſtas: ar/
cus: et per lapides emiſſos manibus uel fun/
dis: et etiam per appoſitiones ſcalarum·
Multum enim induſtres in pugna: ſi obſeſſi
faciunt ſe ad muros: et ad propugnacula: ſta/
tim impugnant eos cum baliſtis et arcubus·
Jaciunt contra ipſos lapides cuꝫ manibus uł

cum fundis· apponunt ſcalas ad muros· ut ſi
poſſint aſcendere ſint pares illis·
¶ Preter tñ hos modos impugnationis aper
tos eſt dare triplicem impugnationis moduꝫ
non oībus notū· Quoꝝ vnuſ eſt per cunicłos
Alius eſt per machinas proijcientes lapides:
magnos et graues· et tertius per edificia im/
pulſa uſqꝫ ad muros munitionis obſeſſe· De
omnibus itaqꝫ hijs impugnatiōibus dicemuſ
ſed primo de impugnatione per cuniculos·
¶ Primo igitur per cuniculos· i· per vias ſub
terraneas deuincuntur munitiones· Debent
enī obſidentes priuatī in aliquo loco terrā fo
dere anteqꝫ locum tētorium uel aliqd aliud e/
dificiū debent apponere: ne obſeſſi videre poſ
ſint: vbi incipiant fodere· ibi enī fodiendo vi/
as ſubterraneas: ſicut faciunt fodientes argē
tum: et inuenientes venas metalloꝝ· debent ꝑ
vias illas faciendo eas profundiores: qꝫ ſint
foſſe munitionis deuincende· et pergere uſqꝫ
ad muros munitionis predicte· ꝙ ſi hoc fieri
poteſt: leue eſt munitionem capere· Nam hoc
facto: primo debent muros fodere et ſuppone
re ibi ligna: ne ſtatim cadant· Et cum omnes
muros uel maximam partem murorum ſic ſuf
foſſerunt et ſubpūctauerunt: ſi viderint obſi/
dentes: ꝙ per ſolum caſum murorum poſſint
munitionem optinere: ſtatim debent appone/
re ignem in lignis ſuſtinentibus muros: et fa
cere omēs muros: uel facere magnam partem
eorum cadere: et replere foſſaſ: quomodo qua
ſi ex inopinato facto terreantur obſeſſi: ut fa/
cilius deuincatur oppidum·
¶ Eſt etiam attendendum ꝙ vie ſubterranee
ſemper ſunt muniende tabulis et alijs artifi/
cijs: ne cadat terra et ſuffocet fodientes· terra
etiam que extrahitur de dictis foſſis: eſt tali/
ter abſcondenda: ne videatur ab obſeſſis·
Et rurſus cū ignis apponitur ad ipſa ligna:
ſuſtinentia murum· Apponens huiuſmodi ig
nem: et exiſtentes cum eo: debent ſe ad locum
tutum facere: ne ledantur per murorum caſuꝫ
Sic ergo agendum eſt in impugnatiōe per cu
niculos· cum ad munitionem obtinendam ſuf
ficit ſola murorum ruina· Sed cum hoc credi/
tur non ſufficere muris exiſtentibus ſuffoſſis

et ſub pũctatis: nondũ apponendus eſt ignis
ſed procedendum eſt ad maiores munitiones
et ad maiora menia caſtri uel ciuitatis obſeſſe
⁊ per ſimiles vias ſubterraneaſ· eſt ſimiliter fa
ciendum circa eã qđ factum eſt circa muros·
¶ Ruſus procedendum eſt diuertendo vias
ſubterraneas: ut per eas poſſit haberi ingreſ/
ſus ad ciuitatem et caſtrum: que omnia laten
ter fieri poſſunt abſq; eo ꝙ ſentiantur ab ob/
ſeſſis· licet tamen ſine difficultate ⁊ diuturni
tate temporis: poſſint hec omnia fini debito:
mancipari· His itaq; ſic peractis in aliquo no
cturno tempore: uel in aliquo alio cõgruo: ad
pugnandum per appoſitionem ignis fieri de/
bet: ut ſimul cadant muri et munitiones ſuffo
ſſe: et per vias ſubterraneas fiat ingreſſus ad
caſtrum uel ad ciuitatem: et per aditum factũ
et muris cadentibuſ· reliqui obſidentes ingre
diantur caſtrum uel ciuitatem obſeſſam: et ſic
poterunt optinere illam·

Que et quot ſunt genera machina
rum eijcientium lapides: per que i
pugnari poſſunt munitiones obſe
ſſe: et deuinci poſſunt ciuitates et
caſtra·

Capłm·xviij·

Ontingit autem pluries munitiões
aliquas obſeſſas ſuper lapides fortiſ
ſimos eſſe conſtructaſ: uel eſſe aquiſ
circumdatas· uel habere profundiſſimas foue
as· uel aliquo alio modo eſſe munitas ut per
uiculos et per ſubterraneas vias nunquã: uel
valde de difficili optineri poſſunt· Euenit eti/
am pluries: ut ſi munitio obſeſſa per vias ſub
terraneas capi poſſit· Obſeſſi tñ prouidentes
foſſionẽ impediũt eam: ne per ipſam fraudu
lenter et per inſidias deuincantur· ꝙ quomõ
fieri habeat: oſtendemus cum in ſequentibus
capitulis agetur de defenſiua pugna· cum enĩ
tractabimus: q̃liter obſeſſi ſe defendere dẽant
Declarabitur qualiter obſeſſi per cuniculos:
et alia machinamenta obſidentiũ debeant ꝓ
uidere· quare ſi modus artis debet imitari na
turam que ſemper faciliori via res ad effectuẽ
producit· cum per viculos nõ ita de facili mu/
nitiones impugnari poſſunt: Sicut per ma/
chinas lapidarias: uel ꝑ edificia propulſa uſq;
ad menia caſtri uł ciuitatis obſeſſe: oportet ta
libus vti argumentis ut habeatur intentum·
¶ Uidendum eſt igitur quot ſunt genera ma
chinarum lapidariarum· et que ſunt modi e/
dificiorum per que munitiones impugnãtur
Machine autẽ lapidarie quaſi ad quatuor ge
nera reducuntur· Nam in omni tali machina
eſt dare aliquid trahens et eleuans virgã ma
chine: ad quam coniuncta eſt funda qua lapi
des iaciuntur· Huiuſmodi autem eleuatio vir
ge: aliqñ fit per contrapõdus: Aliquando au/
tem non ſufficit cõtrapondus: ſed. vlterius cũ
funibus eleuat̃ virga machine· qua eleuata ia
ciuntur lapides· Si ergo per ſolũ contrapon/
dus fit hmõi proiectio· Contrapondus illud:
uel eſt fixum: uel eſt mobile· uel eſt cõpoſitum
ex vtroq;· Dicitur aũt contrapondus eſſe fixũ
qñ in virga infixa eſt quedã caſſa imobiliter
adherens virge plena lapidibus et arena· uel
plena plumbo· uel aliquo alio graui corpore:
quod genus machine veteres trabuciũ voca/
re voluerunt· Inter ceteras aũt machinas hec
rectius proijcit: eo ꝙ contrapondus ſemꝑ vni
formiter trahat· ideo ſemꝑ eodem mõ impellit
cum hac enim machina quaſi acus percuti po
ſſet· Nam cum aliquod ſignum percutiendũ
eſt per ipſam: ſi nimis proijcit ad dextram uł
ad ſiniſtrã: vertenda eſt ad locum erga quod
iaciendus eſt lapis: Si vero nimis alte proij/
cit: uel elonganda eſt machina a ſigno: uel in
funda eius apponẽdus eſt lapis grauior: quẽ
non tantum eleuare poterit· Si vero nimis
ꝓpe uel nimis baſſe: appropinquanda eſt ma
china: uel alleuiandus eſt lapis·
¶ Semper enim ponderandi ſunt lapides ip/
ſarum machinarum: ſi determinate proijcien
dum ſit ad aliquod certum ſignum·
¶ Aliud genus machinarum habet contrapõ
dus ipſi machine mobiliter adherenſ: circa fla
gellum uel circa virgam ipſius machine: ver/
tens ſe circa huiuſmodi virgam· Et hoc genꝰ
machine: Romani pugnatores appellauerunt
biffam·
Differt aũt hec attrabutio· Nam q: cõtra pon
dus mobiliter adheret machine virge: lz plus
trahat ratione motus· non tñ ſic vniformiter
trahit· ideo plus proijcit· nõ tñ ita recte ⁊ vni
formiter percutit· ¶ Eſt aũt et tertium genus
machine: qđ tripantiũ nũcupant habẽs vtrã
q; contra pondus· vnum infixum virge: et ali/
ud mobiliter ſe vertens circa ipſum· hoc enim
ratione ponderis infixi rectius proijcit q̃ biſ
ſa· ratione ponderis mobiliter ſe vertentis lõ
gius emittit lapidem q̃ trabutium· ¶ Quar/
tum vero genus machine eſt ꝙ loco contrapõ
deris habet funes: qui trahuntur per vires et
manus hominum· Huiuſmodi enim machina
nõ proijcit lapides ita magnos: ſicut ꝑdicta
tria genera machinarum· tñ nõ oportet tantũ
tempus apponere ad proportionandũ hmõi
machinã· ſicut in machinis prefatis· ita ꝙ plu
ries et ſuſpicius proijcit hec machina q̃ pre/
dicte· Ille igitur qui obſidet caſtrum aut ciui/
tatem aliquã: ſi vult eam impugnare per ma
chinas lapidarias: diligenter cõſiderare debẽ
vtrum magis poſſit munitionem illam impu
gnare proijciendo rectius uel longius: uł me
dio modo inter vtrunq;· uel etiam magis poſ
ſet obſeſſos offendere proijciendo ſpiſſius et
frequentius· Nam prout viderit expedire om
nibus predictis machinis: uel omnibus prefa
tis modis proijciendi· uel aliquibus ſine aliq̃
predictarum machinarum: caſtrum uel ciuita
tem obſeſſam poterit impugnare·
¶ Si enim plena noticia habeatur de machi/
nis: de quibus mentionem fecimus: ſufficien/
ter ſcietur: quomodo per machinas lapidari/
as poterit quelibet munitio impugnari· Nam
omne genus machine lapidarie: uel eſt aliqđ
predictorum: uel poteſt originem ſumere ex ꝑ
dictis· ¶ Eſt etiam aduertendum ꝙ die et no
cte per lapidarias machinas impugnari poſ/
ſunt munitiones obſeſſe· Tamen ut videatur
qualiter in nocte percutiunt lapides emiſſi a
machinis: ſemper cum lapide alligandus eſt
ignis vel ticio ignitus· Nam per ticionem ig/
nitum lapidi alligatum: apparere poterit: qua
liter machina proijcit· et qualis ſiue quã pon
deroſus lapis eſt in funda machĩe imponẽdꝰ

Quomodo per edificia lignea im/
pulſa ad muros ciuitatis et caſtri:
impugnari poſſint munitiones ob
ſeſſe·

Capłm·xix·

Angebantur autem ſupra tres modi
impugnandi munitiones obſeſſas·
Quorum vnus erat per cuniculos·
Alius per machinas lapidarias· Tertius ve/
ro per edificia lignea impulſa ad muros mu/
nitionis obſeſſe·
¶ Dicto ergo de impugnatione facta per cuni
culos et per lapidarias machinas· Reſtat dice
re de impugnatione: quam fieri contingit per
edificia impulſa ad muros· uł ad menia caſtri
uel ciuitatis obſeſſe·
¶ Huiuſmodi autem edificia: quaſi ad quatu
or genera reducuntur· videlicet ad arietes: vi
neas: turres: et muſculos· Uocatur enim ari/
es teſtudo quedam lignorum: que ne igne cõ/
buratur: crudis corijs cooperitur· Sub hac e/
nim teſtudine ſic cooperta corijs: et fortiter
contexta: ne lapidibus obruatur: intrinſicus
ponitur trabs: cuiꝰ caput ferro veſtitur· ideo
appellatur aries: quia ratione ferri ibi appoſi
ti duriſſimam habet frontem ad percutiendũ
Huiuſmodi autem trabs funibus uel cathe/
nis ferreis alligatur ad teſtudinem factam ex
lignis: et ad modum arietis ſe ſubtrahit: et po
ſtea fortiter muros munitionis obſeſſe percu
tit et diſrumpit· Cuẽ enim per huiuſmodi tra
bem ſic ferratã: multis ictibus percuſſus eſt
murus· ita ꝙ iam lapides exiſtenteſ in ipſo in
cipiunt commoueri· in capite eius infligitur:
quoddam ferrum retortum ad modum falcis·
per quod lapides commoti et conquaſſati euel
lantur a muro: ut citius perforetur·
¶ Ualet autem huiuſmodi edificium ad im/
pugnandum munitionem aliquam· Dato ꝙ
quis non poſſit pertingere uſq; ad muros e/
ius· Nam quia huiuſmodi trabs habens ca/
put ſic ferratum: retrahitur et impingitur: po
terit et etiam percuti muros ipſius munitio/
nis obſeſſe·

dato ꝙ textura illa ſub qua ſunt homines impingentes trabem: non pertingat uſqꝫ ad muros. ¶ Eſt autem huiuſmodi textura: ſub qua ſunt homines inpingentes arietem ſiue trabem: optinere munienda. ne viri illi ſagittis: uel lapidibus: uel aliquo modo ex aliqua parte poſſint offendi. ¶ Aliud autem edificium: eſt ad impugnandum munitiones obſeſſas: quod vocant vineam. Quidam autem hm̄oi edificium catum nominant. Fit auteꝫ hoc cuꝫ tabule groſſe et fortes optime colligentur et duplicantur. ſiue ſit duplex tabulatum. ne lapides emiſſi poſſint tale edificium frangere. Cooperitur etiaꝫ crudis corijs: ne ab igne poſſit offendi. Conſueuit autem tale edificium: fieri in latitudine octo pedum. et in longitudine ſedecim. In altitudine vero tot pedum: ꝙ homines ibi competenter poſſint exiſtere. huiuſmodi enim edificium tante quantitatis: vel etiam maioris eſt optime vndiqꝫ muniendum et impellenduꝫ uſqꝫ ad muros munitionis obſeſſe: ſub quo homines exiſtentes fodiunt muros illos. Eſt autem hoc edificium vtile. cum talis eſt munitio obſeſſa: ꝙ uſqꝫ ad muros eiꝰ poteſt tale edificium impelli.

¶ Tertium genus edificiorum ſunt turres vel caſtra. Nam ſi nec per arietes: nec per vineas capi poſſunt munitiones obſeſſe: accipienda ē menſura muroꝝ munitionis illius. et ſecundū hm̄oi menſuram: uel etiam ſm̄ altiorem conſtruende ſunt lignee turres: uel caſtra: que tegenda ſunt crudis corijs: ne ſuccendantur ab igne. Cum hijs quidem ligneis caſtris: dupliciter impugnantur munitiones obſeſſe.

¶ Primo iaciendo lapides. Naꝫ ſi altitudo caſtrorum excedit altitudinem muroꝝ: et etiam turricularum et propugnaculorum exiſtentium in ipſis. Sic ſe habebunt exiſtentes in caſtris: ad exiſtentes in munitionibus: quodam modo ſicut exiſtentes in munitionibꝰ: ad eos qui ſunt in baſſo uel in terra. ¶ Rurſus in huiuſmodi caſtris ordinantur pontes cadentes: per quos itur ad muros munitionis obſeſſe Altitudo autem muroꝝ dupliciter poteſt accipi. Primo per vmbram. Nam per leue filum: cuius nota ſit quantitas: ligandum eſt ad ſagittam: et proijciendum uſqꝫ ad muros munitionis: ſecundum quantitatem cuius ſciri poterit quātitas vmbre. In illa ergo hora in qua accipit̄ vmbre quantitas: erigenduꝫ eſt aliqđ lignum in altū: faciens tantam vmbrā. et ſm̄ altitudinem illius: illi erit altitudo murorum Uerum quia nō ſplendet ſemꝑ ſol: et facit vmbram. ſed aliquando tegitur nubibus. ¶ Dabimus alium modum accipiendi altitudineꝫ cuiuſlibet edificij: et quorumcunqꝫ muroꝝ. Accipiatur autem lignuꝫ uel tabula aliqua ad quātitatem alicuius hominis. et ille homo ad cuius quantitatē accepta eſt tabula illa: iaceat ſe in terram: et ad pedes eius ponatur ꝑdicta tabula: et aſpiciat per ſūmitatē illius tabule: ⁊ ſi viſus eius proceditur magis alte: ꝙ ſit edificium: cuius eſt altitudo ſumēda: trahat ſe magis prope edificium illud. Si vero viſus protēdatur magis baſſe: ꝙ tabula ſic exiſtēte ad pedes: et ſic iacente in terra: elonget ſe ab edificio predicto donec per ſummitatem tabule pūctaliter videat ſummitatē eius. Nam ut probari poteſt geometrice: quāta erit diſtantia a capite hominis ſic iacentis uſqꝫ ad edificium illud: tanta erit edificij altitudo. Poſſent etiā menſure talium altitudinum accipi per regulas traditas in aſtrolabio et quadrante. Sed de hoc nobis non ſit cure: ſufficiat auteꝫ de talibus ad preſens tanta dixere: quanta ſufficiunt ad propoſitū. ¶ Quartū genus edificioꝝ vocant muſculos. Sunt enim muſculi quedaꝫ edificia parua: ſub quibus teguntur homines trahentes uel impellentes caſtra uſqꝫ ad menia munitionis obſeſſe. ¶ Poteſt aūt ꝑ hm̄oi muſculos quaſi continuari caſtra uſqꝫ ad munitionē obſeſſam. ꝙ cum factū eſt: tripliciter ē impugnanda munitio. Nam in caſtro ſic edificato ad munitionē impugnandam: eſt tria cōſiderare. videlicet partē ſuperiorem excedentem muros ⁊ turriculas munitōis capiende. Partem quaſi mediā: ad quam applicantur pontes cadendi ſuper illos muros et partem infimam: ad quam applicantur muſculi. a quibuſ ſunt homines trahentes uel impellentes caſtrum. Cum ergo caſtrum illud appropinquauit quantū debuit ad muroſ munitōis obſeſſe Illi qui ſunt in parte ſuperiori debent proijcere lapides et fugare eos qui ſunt in muris: Qui vero ſunt in parte intermedia debent pūtes dimittere et inuadere muros. Sed qui ſūt in parte infima et ſub muſculis: ſi poſſunt ad muros attendere et eos ſuffodere: ut etiam et ſic obſidentes intrare poſſint obſeſſam munitionem. Sunt ⁊ baliſte arcus machine lapidarie et omnia talia cōgreganda: ut quādo hec fienda ſunt tunc munitionem percutiunt. Quanto enim pluribus modis ſimul munitio impugnatur. tanto plus terrentur obſeſſi et citius capitur.

## Qualiter edificāda ſunt caſtra aut ciuitates: ne pugna obſidentibus facilius deuincatur

### Caplm̄. xx.

Oſtquam diximus de bello cāpeſtri et determinauimus de bello obſeſſiuo: docentes ipſos obſidentes munitiones et caſtra qualiter debeant ea obſidere ⁊ debellare. In parte iſta determinare volumus de bello defenſiuo. vt poſtquā docuimuſ obſidentes qualiter debeāt inuadere obſeſſos volumus docere ipſos obſeſſos qualiter ſe debeant defendere ab obſidentibus.

¶ Primum autem quod maxime facit ne obſeſſa ciuitas deuincatur ab obſidentibus: et maxime facit ut obſeſſi faciliter poſſint defendere munitionem aliquam: eſt ſcire: qualiter edificanda ſunt caſtra et ciuitates et munitioneſ cetere: ne faciliter impugnentur.

Sunt autem quinqꝫ in huiuſmodi edificatione conſideranda: per que munitiones fortiores exiſtunt: et difficiliores ad capiendum.

¶ Primo quidem fortificantur munitiones: et ſunt difficiliores ad bellanduꝫ ex natura loci. ¶ Secundo ex angularitate murorum.

¶ Tertio ex terratis. ¶ Quarto ex propugnaculis. ¶ Quinto ex foſſatis.

¶ Ex natura quidem loci vrbs munitiones etiam fortiores exiſtunt. ſi edite ſunt in proruptis rupibus. Uel in locis eminentibus ⁊ inacceſſibilibus. Aut ſi mare ſit circa eas: uel paludes: aut flumina circumdant ipſas. A principio igitur quando edificande ſunt munitiōes defendende ab exteriori pugna et ab obſidentibus: conſideranda eſt natura loci. ut in tali loco edificētur: ꝙ ex ipſo ſitu fortiores exiſtāt Uel ſi non vacat munitiones de nouo edificare. Et aliqui timentes iram dominorum. Aut domini metuentes furorem populi: volunt ſe tueri in munitiōe aliqua: ſi aſſit facultas querēda eſt munitio talis: que ex ipſa natura loci fortior exiſtat: et difficilior ad impugnandum

¶ Secundo vrbes et munitiones ſunt difficiliores ad impugnandum ex angularitate murorum. Nam ſi munitio muros habeat angulares: ſi contingat obſidentes ad muros accedere: ut munitionem deuincant: obſeſſi facilius ſe tuentur ab illis: et leuius offendunt obſidentes. Nam propter angularitatem murorum non ſolum ex parte anteriori: ſed etiam a tergo. et quaſi ex parte poſteriori percurrunt impugnantes munitionem illam. Fiendi itaqꝫ ſunt muri angulares: ut munitio faciliter defendi poſſit.

¶ Tertium quod reddit munitionem difficiliorem ad capiendum: dicuntur eſſe terrata vel muri ex terra facti. Nam in munitione fienda non ſolum eſt querenda bonitas ſitus ⁊ angularitas murorum: ſed circa munitionem illam edificandi ſunt duo muri aliqualiter diſtantes: et intra ſpaciū: ꝙ inter illos duos muros includitur: ponenda eſt terra: que fodienda eſt de foſſis que fiende ſunt circa munitionem illam. vel eſt aliunde terra apportanda et ponenda in illo ſpacio intermedio. Eſt etiam huiuſmodi terra inter tale ſpacium poſita ita denſanda: ꝙ ad inuicem conglutinetur et efficiatur quaſi murus. Contingit etiam turres: ex terra facere: ſi bene cōdenſetur. propter qđ nō ē incōueniēs ꝯſtrueꝛ hm̄oi muros ex terra deꝑſſata. valet quiđ ꝯſtitutio taliū muroꝝ ad defendenđ munitōꝫ: ne deuicat̄ per machīas lapidarias. Nā dato ꝙ ꝑ hm̄oi machīas totuſ murꝰ exterior rueret: murus ꝯſtitutꝰ ex terra q̄ſi abſqꝫ leſiōe ſuſcipet ictus machinaꝝ. qꝛ cū lapis eiectus a machīa ꝑueniret ad hm̄oi murū: ꝑpter mollicīe eius cederet terra ⁊ recipet lapidem illum quaſi ac ſi eſſet fabricatus.

Expertum eſt enim muros et terra depreſſa/
ta conſtitutos minus ledi a machinis lapida
rijs q̃ꝫ muri alij·debet quidẽ talis ex terra fcũs
eſſe groſſuſ·q꞉ tunc quaſi abſq꞉ leſione ſuſcipi
et lapideſ emiſſos a machinis·¶ Quartũ aũt
qđ facit munitiones fortiores ſunt turres ⁊ ꝑ
pugnacula· Nam in ipſis muris conſtruende
ſunt turres et ꝓpugnacula:ut munitio leuius
defendi poſſit·Marie aũt ante portam quam
libet ipſius munitionis:de qua timetur:ne ad
eam accedant obſidentes:fiende ſunt turres ⁊
propugnacula:et ante huiuſmodi portam po/
nenda eſt catheracta pendens annulis ferreis
vndiq꞉ etiã ferrata prohibens ingreſſum ho/
ſtium et incendium ignis·Nam ſi obſidentes
vellent portas munitionis ſuccẽdere cathera/
cta que eſt ante portam prohibebit eos· Rur/
ſus ſupra catheractam:debet eſſe muruſ perfo
ratus recipiens ipſam per quem locũ poterũt
proijci lapides:emitti poterit aqua ad exting/
uendum ignem:ſi contingeret ipſum ab obſi/
dentibus eſſe appoſitum· ¶ Quintum qđ fa/
cit munitiones magis inacceſſibiles et fortio
reſ:eſt latitudo et profunditas foſſatuꝫ:que ſi
adſit facultas replende ſunt aquis· Hijs ergo
modis ſunt munitiones difficiliores ad capiẽ
dum· Ideo videndum eſt a principio ab his q
volunt munitiones defendere ab obſidentibꝰ
eas:ut in munitionibus illis oĩa hec uel plu/
ra ex iſtis cõcurrant ad hoc: ꝙ facilius defen/
dantur·

Quõ muniẽde ſunt ciuitates et ca
ſtra:et vniuerſaliter omnes muni/
tiones ꝙ ab obſidentibus difficili
uſ capiantur· Cap·xxi·

On ſufficit ſcire quõ edificãde ſunt
munitiones: et quales muros debẽt
habere:⁊ quõ debent eſſe ſite·niſi ſci
atur quõ ſunt muniende: ut nõ de facili vinci
poſſint·¶ Dicebatur enĩ ſupra triplicem eſſe
modum deuincendi munitiones:videlicet per
famem ſitim et pugnam· Sic ergo muniende
ſunt munitiones obſeſſe:ne aliquo hoꝝ modo
rum poſſint deuinci· Ne enim fame deuincan
tur tria ſunt attendenda·videlicet ut frumen
ta auena ordeum et cibaria ſingula et vniuer
ſa pabula:que poſſunt deſeruire ad victuꝫ:de
portanda ſunt ad munitionẽ: obſeſſam:prius
q̃ꝫ obſideatur ab extraneis·et ſi timetur de ob
ſeſſione ante recollectionẽ frugum: ex aliis lo
cis propinquis ſunt talia acquirenda·ne mu/
nitio obſeſſa ob carentiam victus poſſit pati
defectũ·Quicquid aũt non põt ad munitionẽ
deferri:uel ſi deferretur nõ multum eſſet vtile
caſtro uel ciuitati obſeſſe·totum eſt igni cõbu
rendum·ne obſidentes ſuperuenientes: inde
capiant emolumentũ:et ex bonis propriis mu
nitionis obſeſſe impugnent ipſam· Si autẽ ti
meatur de diuturnitate tpis: ut ꝙ per multa
tempora dẽat obſeſſio perdurare: maxie mu/
nienda eſt ciuitas uel caſtrum obſeſſum milio
Nam milium inter cetera minus putreſit· et
plũs durare perhibetur:copia etiam carnium
ſalitarũ non eſt pretermittenda·ſaliſ etiã mul
titudo multum eſt expediens munitioni obſe/
ſſe:eo ꝙ ad multa ſit vtiliſ·¶ Secundo in mu
niendo caſtrum uel ciuitatẽ aliquã obſidendã
quantum ad victum:nõ ſolum attendendum
eſt ut magna copia victualium deferaṫ ad mu
nitionem obſeſſam:ſed etiam ut victualia de/
lata per tempatos erogatores per familias diſ
penſentur·vnde ſi fieri poſſet·Si ciuitas obſe
ſſa eſſet magna:et non poſſet aliunde recupe
rare victum:in qualibet contrata ciuitatis vi
ctualia reduci debent ad horrea publica:⁊ par
ce et temperate per viros prouidos diſpenſa/
re· ꝙ ſi munitio obſeſſa modici eſſet ambitꝰ
hoc efficere non eſt difficile·quare enim nihil
prodeſt multa preparatio victualium:niſi par
ce et cum temperamento diſpenſetur·¶ Ter/
tio eſt in talibus attendendum:ut perſone de
biles et inutiles non valentes proficere ad de
fenſionem munitionis abſeſſe·ſi cõmode fieri
poteſt ſunt ad partes alias tranſmittende·ta/
les enĩ cõſumunt ⁊ cõmedunt:que deberẽt bel
latoribus erogari·¶ Rurſus ſi timeatur de in
opia victualium: beſtie que ſunt in munitiõe
obſeſſa:a quibus obſeſſi poſſunt cõmode ab/
ſtinere:ſunt occidende et cõmedende uel ſaliẽ
de ſi eſui apte ſunt· ymo in tali caſu cõmeden
da ſunt multa que ad eſum vetat ꝯmunis vſuſ
¶ Viſo quõ munitio obſeſſa vitat ne capiaṫ
fame·de leui patere poteſt qualiter ſe debeant
habere obſeſſi:ne deuincantur per ſitim· Naꝫ
anteq̃ꝫ aliqui eos obſideant:prouidere debẽt:
ꝙ ad talem munitionem pergant in qua ſit a/
quarum copia:ꝙ ſi vero ibi nõ ſint fontes·fo/
diendi ſunt putei·ꝙ ſi etiam locus ſit ſiccus:
ut ibi nec putei fieri poſſunt:fiẽde ſunt ciſter/
ne·ut celeſtium aquarum ſuperhabundantia:
ſuppleat aliarum aquarum defectum·ꝙ ſi mu
nitio obſeſſa ſit circa mare et non poſſit habe
re aquam niſi ſalitam: eo ꝙ dulcem aquaꝫ ha
beat diſtantem·ad quaꝫ capiendam prohibẽt
obſidentes:tunc mediante cera poterit dulcifi
cari·Nam ſcđm phũm in methauris·Quicqd
eſt ex aqua ſalita per poros cere pertranſit to/
tum in dulce conuertitur·Deferendum eſt eti
am ad munitionẽ obſidendam in magna co/
pia acetum et vinum: ne ex potu ſolius aque:
bellatores adeo debilitentur:ꝙ non poſſint vi
riliter reſiſtere obſidentibus· ¶ Oſtenſo quõ
ſunt remedia adhibenda contra famem et ſitĩ
per que obſeſſa munitio deuinci cõſueuit· Re
ſtat videre que ſunt remedia adhibenda:ne ꝑ
pugnam obſeſſa munitio deuincatur· ¶ De/
bent ergo ad ciuitatem uel ad caſtrũ obſeſſuꝫ
deportari in magna copia:ſulphur:pix:oleum
ad comburendum machinas hoſtium· Ferra
aũt et ligna ſunt ad munitionẽ obſeſſam in de
bita habũdantia deportanda·ut per ligna ha
ſte ſagittarum et telorum:et etiam edificia ne
ceſſaria munitioni fieri poſſunt· Per ferra ve/
ro etiam reparari poſſint arma·et fieri tela et
ſagitte:⁊ alia per que impugnari valeant obſi
dentes· Eſt etiam multitudo ferri pervtilis:
ipſis obſeſſis ad deſtruendum edificia et ma/
chinas ipſorum obſidentium·ut in ſequẽti ca
pitulo apparebit·Saxa etiam torrentiũ in ma
gna copia ſunt ad munitionem deportanda·
q꞉ talia ſunt ſolidiora et aptiora ad iaciencuꝫ
ex eis ergo replendi ſunt muri et turres muni
tionis obſeſſe·Calcem etiam puluerizatã defe
rendum eſt ad ipſam munitionẽ in magna ha
bundantia:et ex ea replenda ſunt multa vaſa:
ut cum obſidentes appropinquant muris mu
nitionis: iacienda ſunt vaſa illa:quibus frac/
tis puluis illius ſubintrat obſidentiuꝫ oculos
et adeo offendit eos ut quaſi ceci et non vidẽ/
tes percuti poſſint· Neruorum etiam copia et
funium vtilis eſt munitioni obſeſſe: propter
baliſtas et arcus et alia preparanda·ꝙ ſi ner/
ui deficiant: loco eorum adhiberi poterunt:
crines equi uel capilli mulierũ·¶ Recitat enĩ
Vegecius· ꝙ cum Romanis neruorum copia
defeciſſet:et non poſſent eorum machinas re/
parare ad reſiſtendum bellatoribus:mulieres
Romane abſciſis crinibus: eos ſuis maritis:
tradiderunt·per quos machinis reparatis ad
uerſariorum impetum repulerunt·Maluerũt
enim:ut ait Vegeciuſ:ille pudiciſſime femine
cum maritis cõuiuere deformato capite:q̃ꝫ ſer
uire hoſtibus integris crinibus· Sunt etiam
ad munitiones deportanda cornua beſtiarum
ad reformandum baliſtas et arcus·et coria cru
da ad tegendum machinas et alia edificia:ne
ab aduerſariis per incendia comburantur·
Hiis etiam cautelis: et per ea que dicta ſunt:
reſiſtere poterunt obſeſſi: ne eorum munitio/
nes per pugnam ab obſidentibus deuincatur

Quomodo reſiſtendum eſt muniti
oni facte per cuniculos·et qualiter
machinis lapidariis et aliis edifici
is obſeſſi debeant obuiare·
Caplm·xxii·

Numerabantur ſupra tres ſpeciales
modi impugnandi munitiões obſeſ
ſas·Quorum vnus erat per cunicu/
los et vias ſubterraneas·Alius per machinaſ
lapidarias·Et tertius per edificia impulſa uſ
q꞉ ad menia caſtri uel ciuitatis obſeſſe· quare
ſi docuimus per prefatos modos inuadere ob
ſidentes obſeſſos·Reliquum eſt ut declaremꝰ
quomodo obſeſſi a predictis ĩpugnationibꝰ
contra obſidentes ſe defendere valeant·
¶ Primo ergo dicemus de remediis cõtra im
pugnationem per cuniculos·Poſſumus autẽ
circa hec duo remedia aſſignare· Unum eſt:
per profunditatem foſſarum repletarũ aquis

Nam ſi circa munitionē obſeſſam ſint profun
de fouee aquis replete: impediuntur obſiden/
tes: ne obſeſſos impugnare poſſint per cuni/
culos et vias ſubterraneaſ· Dato tñ ꝙ foſſe a/
quis repleri non poſſint: ſi ſint valde profun/
de perample ſufficienter impediunt ſubterra/
neas vias· quia hoc genere impugnationis im
pugnari non poſſunt munitiones obſeſſe· niſi
dicte vie ſubterranee profundiores ſunt foſſiſ
Munitio ergo defendenda: uel eſt ſupra petrā
firmam· et tunc propter duriciem lapidum nō
eſt facile per cuniculos debellare eam· vel eſt
ſupra petraꝫ de facili labilē· aut ſupra terrā: q̄
de facili fodi poteſt· et tunc per profundas fo/
ueas eſt fortificanda munitio: ne per cunicu/
los deuincatur· ¶ Secundum remedium con
tra cuniculos et vias ſubterraneas eſt facere
in munitione obſeſſa viam aliam correſpon/
dentem vie ſubterranee facte ab obſidentibuſ
Si enim obſeſſa munitio foueas non habet ꝓ
fundaſ: nec habet eas repletas aquis· propter
quod timetur de impugnatione per cuniculoſ
diligenter conſiderare debent obſeſſi: vtrum
ab aliqua parte videāt terram deferri· et vtrū
per aliqua ſigna cognoſcere poſſint obſiden/
tes incboare cuniculos· ꝙ cuꝫ perceperint: ſta
tim debent viam aliam ſubterraneam facere:
correſpondentem illis cuniculis· ita tamen ꝙ
via illa pendeat contra obſidentes· et tunc per
viam illam ſic perforatam: cuius partem fece/
runt obſidentes: et partem obſeſſi: debꝫ eſſe
bellum continuum· ne obſidentes per viam il
lam munitionem ingrediantur· ¶ Debent eti
am obſeſſi iuxta incboationeꝫ vie ſubterranee
habere magnas tinas plenas aquis: uel etiam
vrinis· et cum bellant contra obſidentes: de/
bent ſe fingere fugere: et exire foueam illam·
quo facto totam aquam aut vrinaꝫ congrega
tam effundere debent ſupra obſidentes: exiſtē
tes in cuniculis· Temporibus enim noſtris:
multi obſidentium ſic periclitati ſunt· Quare
ſi hoc aliquando factum fuit: nō debemus re/
putare impoſſibile ne iterum fieri poſſit·

¶ Viſo quomodo reſiſtendum ſit debellatio/
ni facte per cuniculos· Reſtat videre quomo/
do obſeſſi debeant obuiare impugnationi fa/
cte per lapidarias machinas· Contra has aūt
quadrupliciter ſubuenitur· ¶ Primo quia ali
quando ſubito ex munitiōe obſeſſa exiuit ma/
gna multitudo armatorum: et inuadunt ma/
chinam· et prius ꝙ̄ exercitus poſſit ſuccurre/
re ad defendendum eam: ſuccendunt ipſam·
Sed ſi munitionem ipſam obſeſſi exire nō au
deant: tunc clam de nocte aliqui ligati funibꝰ
per muros emittuntur: qui abſconſe ignē por
tantes abſqꝫ eo ꝙ alij percipiant: machinam
incendunt quo peracto: trahuntur ſuperius:
per funes ad munitionem illam· ¶ Eſt etiam
et tertius modus deſtruendi machinas: faciē/
do ſagittas: quas appellant telos· Eſt autem
ſagitta illa in medio quaſi quedam cauea: in
qua ponitur ignis fortis: factus ex oleo ſulfu/
re et pice et reſina· quem ignem cū ſtupa con/
uolutum bellatores antiqui incendarium vo/
cauerunt· Hmōi autem ſagitta per baliſtā for
tem emiſſa uſqꝫ ad machinam multotiens ſuc
cendit ipſam· ¶ Quarto etiam modo reſiſtē/
tur machinis lapidarijs: videlicet faciendo a/
lias machinas interius: percutiendo eas ⁊ de
ſtruendo ipſas· ¶ Inter cetera autem ſummū
remedium eſt poſtꝙ̄ conſtituta eſt machina:
interius facere ei fundam ex cathenulis ferre
is: uel teſtam ex ferro et iuxta machinam illaꝫ
conſtruere fabricam in qua aliquod magnum
ferrum bene ingeratur: ꝙ bene ignitum appo
natur ſuper fundam ex ferro textam: et proij/
ciatur ad machinam aliam: uel ad quodcunqꝫ
edificium lignorum· Contra hoc enim coria
cruda non valent: ligna non habent reſiſten/
tiam· Omne enim edificium ligneum hoc mo
do comburi poteſt· Sunt autem et multe alie:
particulares cautele: valentes ad defenſioneꝫ
contra lapidarias machinas· Sed quia talia
completa ſunt narratione non cadunt: prudē/
tis iudicio relinquantur· ¶ Oſtenſo quomo/
do reſiſtendum ſit cuniculis et lapidarijs ma
chinis· reliquum eſt declarare: quomodo obui
are debeant edificijs alijs impulſis ad menia
munitionis obſeſſe· Ad hoc autem valeret que
cunqꝫ diximus contra reſiſtentiam machina/
rum· Nam ſicut deſtrui poſſunt lapidarie ma
chine per improuiſum inſultum obſeſſorum:
et per homines de nocte latenter emiſſos· et ꝑ
ſagittam deferentem ignem fortem: et per ma
chinas alias emittentes lapides· uel per fun/
das ex ferro textas iacientes ignita ferra· Sic
omnibus hijs modis poſſunt huiuſmodi edi/
ficia lignea impugnari· Imo expertum eſt cō
tra ſingula hmōi edificia maxime valere: ſi ꝑ
alias machinas uel aliquo alio modo ferra ig
nita iaciantur in ipſa· ¶ Poſſumus tamē ſpe/
cialia remedia contra huiuſmodi edificia aſſi
gnare: ut contra arietem conſtituatur lupus·
Dicebatur enim trabem ferratam percutientē
muros munitionis obſeſſe: propter duriciem
capitis vocari arietem· Contra hoc autem cō/
ſtituitur quoddam ferrum curuū dentatuꝫ dē
tibus fortiſſimis et acutis et ligatum funibuſ
cum quo capitur caput arietis: uel caput illiuſ
trabis ferrate· quo capto: uel omnino aries ad
ſuperiora trahitur: uel ita ſuſpenditur: ut mu
ris nocere non poſſit· Unde et bellatores anti
qui hmōi ferrum vocauerunt lupum· eo ꝙ a/
cutis dentibus arietem caperet· Contra caſtra
vero multum valent ferra ignita: adhibetur:
ſpeciale remedium contra ipſa· quia fiunt cu/
niculi et vie ſubterranee: et clam ſuffodit̄ ter/
ra: unde debet tranſire caſtrum· quia ſubfoſſa
et caſtro dimerſo in ipſam propter magnitu/
dinem ponderis oportet caſtrum iterum con/
ſtrui: eo modo ꝙ non poſſit ex fouea in inte/
grum remoueri· ¶ Contra vineas vero et mu
ſculos etiam multum valent ignita ferra· Qꝫ
ſi tñ contingeret per hmōi edificia perforari
muros munitionis obſeſſe· cum de hoc dubita
tur anteꝙ̄ hoc fiat extinguantur edificia lig/
nea· uel ſi ſit poſſibile: edificentur muri lapi/
dei: ut ſi continget obſidentes intrare muniti
onem: retineantur clauſi inter muros illos: et
non valentes ſe defendere propter murorum
incluſionem lapidibus obruantur· ¶ Eſt tamē
diligenter aduertendum ꝙ aliquando obſidē/
tes fingunt ſe fugere: et ſic per inſidias ⁊ ver/
ſucias inuadunt munitionem obſeſſam· Ideo
non ſtatim poſt receſſum hoſtium ſunt muni
tiones dimittende et eſt cuſtodia negligenda
Imo inueſtigande ſunt conditiones hoſtium
ut quod palam habere non potuerunt: per in
ſidias et aſtutias optinere non poſſint·

Qualiter conſtruenda eſt nauis· ⁊
qualiter committenduꝫ nauale bel
lum: et ad que bella ſingula ordinā
tur·

Caplm· xxiij·

Nhoc vltimo capitulo tractare vo/
lumus aliqua de nauali bello· nō tñ
oportet circa hoc tantuꝫ inſiſtere· q:
multa que dicta ſunt in alijs generibus bello
rum: applicari poterunt ad naualem pugnam
circa hanc autem pugnam dicemus· Primo vi
dendum eſt qualiter fabricanda ſit nauis· Nā
naui male fabricata ex modica impugnatione
hoſtium de facili perit· ¶ Sciendum ergo: ꝙ
ſecunduꝫ Vegecium ligna ex quibus conſtruē
da eſt nauis: non ſunt quolibet tempore inci/
denda· Nam tempore marcij et aprilis in quo
humor incipit in arboribus habundare: non
eſt bonum incidere arbores: ex quibus fabri/
canda eſt nauis· Sed tempore Julij ⁊ auguſti
uel aliquo alio tempore: in quo humor arborū
deſiccetur: ad hmōi fabricam: incidenda ſunt
ligna· ¶ Rurſus non ſtatim inciſis lignis eſt
ex eis fabricanda nauis: Sed primo arbores
ſunt diuidende per tabulas: et per aliquod tē/
pus dimittēde: ut deſiccari poſſint· Nam ſi ex
lignis viridibus cōſtruatur nauis: quādo na
turalis eorum humor expirauerit contrahun/
tur ligna: et faciunt in nauibus rimas· quibuſ
in nauibus nihil periculoſius eſſe poteſt· Du/
rum eſt enim intendere ſimul bellis naualibꝰ
et exponere ſe periculis: ne puppis per rimas:
naufragium patiatur· ¶ Viſo qualiter incidē
da ſunt ligna: et quomodo reſeruanda· ut ex e/
is nauis debite valeat fabricari· Reſtat videre
quomodo in naui bene fabricata committen/
da ſunt bella· Habet autem nauale belluꝫ quā
tum ad aliqua ſimilem modum bellandi cum
ipſa pugna terreſtri· Nam ſicut terreſtri pug/
na· oportet pugnanteſ bene armatos eſſe: ⁊ be
ne ſe ſcire a perſecutionibus protegere: et ho/
ſtibus vulnera infligere· Sic et hec requirun/
tur in bello nauali· Imo in huiuſmodi pugna

oportet homines melius eſſe armatos: ꝗ̄ in
terreſtri·quia cum pugnatores marini quaſi
fixi ſtent: in naui et ipſi modicum ſe moueant
melius ſuſtinere poſſunt armorum pondera:
quare eorum armatura grauior eſſe debet·
¶ Poſſumus tamen quantum ad preſens de/
cem enumerare: per que marini pugnatores:
hoſtes impugnare debent· ¶ Primum eſt ig/
nis: quem incendarium vocant· Expedit eniꝫ
eis habere multa vaſa plena pice: ſulphure: ra
ſina: oleo· que omnia ſunt cum ſtupa cōuoluē/
da· Hec enim vaſa ſic repleta ſunt ſuccenden/
da et proiicienda ad nauem hoſtium· Ex qua
proiectione vas frangitur et illud incendari/
um cōburitur: et ſuccendit nauem· Sunt eniꝫ
multa talia in naui proiicienda: ut ex multis
partibus poſſit nauis ſuccendi· et cum ꝓiciū
tur talia: tunc enim contra nautaſ cōmittenđ
eſt durū belluꝫ ſine poſſit currere ad extinguē
dum ignem· ¶ Secundo ad cōmittendum ma
rinum bellum multum valent inſidie· Nam ſi
cut in terra ponuntur inſidie militum: qui ex
improuiſo inuadentes hoſtes eos terrent: et
de facili vincunt· Sic in mari poſt aliquas in/
ſulas ſunt inſidie: ut marini pugnatores: ex
improuiſo irruentes in hoſtes: eos facilius vi
cant· ¶ Tertio eſt circa marinum bellum attē
dendum: ut ſemper pugnantes nauem ſuam:
faciant circa profundum aquarum: et nauem
hoſtium inpingant ad littus· quia pugnandi
impetum perdunt qui detrahuntur ad terraꝫ
¶ Quarto ad arborem nauis ſuſpendendum
eſt lignum quoddam longum: ex vtraqꝫ parte
ferratum: quod ad percutiendū tam nauem ꝗ̄
nautas: ſe habeat quaſi aries cum quo teruun/
tur muri ciuitatis obſeſſe· Debet autem ſic or
dinari lignum illud: ut ligamentum retinens
ipſum poſſit deprimi et eleuari· quia hoc facto
maior habetur cōmoditas: ut cum ipſo percu
ti poſſit tam nauis ꝗ̄ etiam exiſtentes in ipā·
¶ Quinto in bello nauali habenda eſt copia
amplarum ſagittaruꝫ: cum quibus ſcindenda
ſunt vela hoſtium· Nam velis eorum perfora
tis et non valentibus retinere ventuꝫ· non tñ
poſſunt ipſi hoſtes impetum habere pugnan
di· nec etiam poſſunt ſic faciliter recedeř ſi vo
lunt declinare a bello· ¶ Sexto conſueuerunt
naute habere ferrum quoddam curuatum ad
modum falcis: bene incidens: ꝙ ad placitū ad
funes retinentes vela ſtatim incidit ipſa· Ve/
lis autem ſic inciſis et cadentibus ab arbore:
ſubtrahitur ab hoſtibus: ne ſic pugnare poſ/
ſint· quia per talem inciſionem velorum: red/
ditur nauis pigrior: et quodāmodo inutilior:
ad pugnandum· ¶ Septimo conſueuerunt e/
tiam naute habere vncos ferreos fortes: ut cū
vident ſe eſſe plures hoſtibus: cum illis vncis
capiunt eoꝝ naues: ut nō permittant eos diſ
cedere· ¶ Octauo in nauali bello eſt hec caute
la attendenda: ut de calce alba puluerizata ha
beant multa vaſa plena: que ex alto ſunt pro/
iicienda in naues hoſtium· quibus ex impetu
proiectis et fractis eleuatur puluis: ut ſupra
diximus in bello terreſtri· et ſubintrat hoſtiuꝫ
oculos: et adeo offendit eos: ut quaſi ceci vide
re non poſſint· quod in bello nauali: eſt valde
periculoſum· quia ex omni parte bellantes: in
tali bello vident ſibi imminere mortem· quare ſi
oculi bellantium in tali pugna ex puluere cal/
cis ſic offenduntur: ut videre nō poſſint: defa
cili uel perimuntur ab hoſtibus: uel ſubmergū
tur in aquis· ¶ Nona cautela eſt habere mul/
ta vaſa plena ex molli ſapone: que cum impe/
tu proiicienda ſunt ad naues hoſtium· et hoc
ſuper loca illa: in quibus contingit hoſtes ex
iſtere ad defendendum naues· Naꝫ vaſis illis
confractis in huiuſmodi locis· loca illa per ſa/
ponem liquidum redduntur adeo lubrica: ꝙ ho
ſtes ibi ponentes pedes ſtatim labuntur in a
quis· ¶ Eſt etiam et decima cautela quaſi per
nicioſior omnibus aliis· Nam reperiuntur ali
qui marinarii: qui diu ſub aquis durare poſ/
ſunt· naute igitur debēt ſe ſero ordinare cōtra
nauem hoſtium: et clam poſt tergum: debent
aliquem emittere diu valentem durare ſub a/
quis· qui accepto penetrali ſub aquis debet ac
cedere ad hoſtilē nauem· et eam in profundo ꝑ
forare: faciendo ibi plura foramina: que fora/
mina ab hoſtibus reperiri non poterunt· cum
per ipſa ceperit habundare aqua· qua habun/
dante et hoſtes et nauē periclitabit· Sunt au/
tem in bello nouali alia obſeruanda: ut ſit ibi
copia lapidum et etiam ferroꝝ acutorum: que
quaſi lapides iaciuntur: cuꝫ quibus hoſtes ni
mium offenduntř· Sed cetera talia quia nimiſ
particularia ſunt: ſub narratione non cadunt
Sufficiāt ergo cautele: quas tradidimus erga
nauale bellum· ¶ Oñſo q̄liter incidenda ſunt
ligna: et quibus conſtruēda eſt nauis· et qūo
bellandum eſt in nauali bello· Reliquū eſt: ut
declaremus: ad quid bella oīa ordinantur·
¶ Sciendū ergo ꝙ ſm phūm nō bellamus: ut
bellemus· ſed ut pacem habeamus· Pōt ergo
bellum ex nequicia hominū: et ex cupiditate e
orum ordinari ad lucrum· uel ad aliquā aliaꝫ
ſatiſfactionem ire uel concupiſcentie· Bella tñ
ſi iuſte gerantur ⁊ debite fiant: ordinanda ſūt
ad pacem: et ad quietem hominū: et ad cōmu/
ne bonum· Nam ſic ſe debent habere bella in
ſocietate hominū· ſicut ſe habent potiones et
flebotomie in corpe humano· Nam ſicut in hu
mano corpore ſunt plures humores· ſic in con
uerſatione et ſocietate hominū eſt dare pluреſ
pſonaſ et plures hoīes· et ſicut ꝗ̄diu humoreſ
ſunt equati in corpore: et nō eſt ibi humoꝝ ex
ceſſus: nō indigemus potione nec flebotomia
Sic ꝗ̄diu hoīes debite ſe habent: et vnus nō
iniuriař alteri nō ſunt cōmittenda bella· qua
re ſicut per flebotomiam et potionē: ſupfluitaſ
humoꝝ eſt eiicieда: per quā turbatur ſanitas
corpis: Sic per bella ſunt hoſtes cōculcandi et
occidendi: per quos īpeditur cōe bonū: et pax
ciuium: et eoꝝ qui ſunt in regno· ¶ Suppoſi/
to ergo reges et principes habere iuſtū belluꝫ
et hoſtes eoꝝ iniuſte perturbare pacem ⁊ cōe
bonū· nō eſt inconueniens docere eos oīa ge/
nera bellandi: et oēm modū per quem poſſint
ſuos hoſtes vincere· ꝙ totuꝫ ordinare debent
ad cōe bonum et paceꝫ ciuiū· Nam ſi intendāt
cōe bonum et pacem ciuiū: merebunř pacem
illam eternā: in qua eſt ſupma requies: quam
deus ipſe ſuis ꝓmiſit fidelibus· Qui eſt bene
dictus in ſecula ſeculoꝝ: Amen·

Explicit liber de regimine principum
editus a fratre Egidio Romano· ordi
nis fratrū heremitaꝝ ſcī Auguſtini·

Impreſſum Rome per inclitū virū magiſtrū
Stephanum planck· de Patauia Anno domi
ni Milleſimo ·cccclxxxij· Die nona Menſis
Maij ·zč·

Regiſtrum·

¶ Vacat·
Incipit·
Habet·
bet hominem·

¶ Exteriora·
Videtur·
Quia ſicut·

¶ Q̄ decet·
Diligentium·
nitas·
Juſtitia·

¶ Reges·
Decentes·
Quia·
Preciantur·

¶ Sunt·
Aliter·
Formam·
Que·

¶ Potentias·
Horum·
Poſſet·
gis·

¶ In victu·
Uniuerſaliter·
Phūm·
Una·

¶ Pulchritudo·
Cum viro·
Junctione·
Sunt·

¶ Tamen·
Sed
Cum·
Negocio·
Prauum·

¶ Q̄ decet·
Domus·
Aeris·
Domini·

¶ Naturaliter·
Erga·
Regum·
Ordinem·

¶ Innuit·
Inter·
Statum·
Ciuitatem·

¶ Hoc non·
Curat·
Tari·
Sunt·

¶ Sed·
Extraneis·
Senſus·
De quo·

¶ Actuū·
Polliticoꝝ·
Ex hoc.
Auxiliari·
¶ Artem·
Eſt·
Nam·
¶ Pluuie·
Differt·
Illi qui·

UNIVERSIDAD Y ...
BIBLIOTECA.
DE ZARAGOZA